


211851831

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	B
Estante:	5
Numero:	89

R. 13. 7. 63 27. 3



Nº 1
7-123

AMICORVM ADVERSVS AVTHOREM AFFECTVS.



VIRO ingenuo adamantinum, praeceptum est Amici antiqui & fidelis petitio; & quia Eximius & Eruditissimus Pater Eugenius à S. Iosepho, Carmelita exalceatus, Concionator Caesareus, & sacrae Theologiae Professor, meus optimus & antiquus amicus, cuius argumentationes, in-

genium, euangelicæ declamationes eloquentiam & eruditionem commendant, iure postulat, ut sicut alios liberos, quibus altiores Facultates iuuantur, in lucem proditi permisi, sic etiam Poesi, nobilissimæ Scientiæ, lucem indulgeam, edendo Rhythmicam, & Metametricam, quas moræ impatiens, ut ait, iam à plurimis annis Orbis literarius expectat: preces has ut præcepta suscipio, fateorque me reperire in illis obediendi summam necessitatem. Porro ille, ut sua esset efficacior petitio, illam minuit, aut etiam armauit his numeris.

lus, *Cantica* Latinus vocitat, *Canoras*, ob consonantias Musicas, quibus conformantur, appellamus.

Qui obedire vult, cum respondet, non diffunditur, nec rhetoricatur, sed unico aut altero verbo satisfacit. Sic ego Eugenio meo breuissimè.

----- *Tuum (ò Vir docte) quid optes, Explorare labor, mihi iussa cõpessere fas est.*
Ex Virgilio, *Diuini Operis lib. 1.*

NOTA. *Quo Fas & Nefas modo opponantur, non constat. Contradictorie opponi, sicut Licitum & Illicitum, plurima testimonia euincunt. Plautus in Asin. Neque pòl te accuso, neque id me facere fas (licitum) existimo. Vnde Iacobus Falco ad occasionis Statuam.*

Cur præcinita es, non post? me crine teneri Fas est ante fugam, post data terga nefas.

At ex hoc Virgilij loco contraria oppositio, & non contradictoria colligitur; qualis Necessario & Impossibili, nec non Obligatorio & Illicito interest: non enim timidum & perturbatum sedaret, & tranquillum redderet Iunonis animum Aeolus, dicens; sibi esse licitum obedire; ergo ut satisfaceret Dea, obediendi obligationem & necessitatem expressit. Quo etiam conceptus, licet clarioribus verbis usus est Augustus Caesar Virgilij in calami politione discipulus; agens enim de eiusdem testamento, sic insit.

-----suprema voluntas.
Quod mandat fierique iubet, parere necesse est. Idem igitur apud Virgilium ibi significat Fas est, ac apud Augustum Casarem Necesse est.

IOANNES DE CARAMVEL
Ανδραγαμμα.
EDE LUMINOSA^(a) CANORA
Επιγαμμα.

Est adhuc sola in tenebris Poesis
Abditæ Pindi latuere gaze,
Detegi haud possunt sine luce Magni
Caramuelis.

Ergo thesauros aperi latentes,
Et noua pandas Heliconis arte
Metricas venas, quoque luminosa
Ede Canora. (a)

(a) Adludit ad nomen Canora: nam in Rhythmica. curiosissimus est liber, & iam cum alijs prælum Strophas, quas Canciones Hispanus, *Canzoni* Ita-



65
10 AV

AUTHOR

AD CONDISCIPVLOS.



VOS Puer quondam colui sodales ;
Quosq̄ collegas Iuuenis ; cel bro
Semper hos chordis fidibusq̄ amabo
Corde, fideque .

Milites inter triplici Minerue (1)

Optimos inter genios acutos ,
Quos lubens doctis numeris coruscus
Cantat Apollo .

Te Petre applausu veneror perenni , (2)

Te quoque aternâ colo Ferdinande (3)

Laude , Te Villalua Scholæ peritum ,
Scotica Atlantem , (4)

Grande Te Euclidis decus Ildephonse , (5)

Teq̄ Simancas honor Æsculapi , (6)

Teq̄ Spinosa eloquio potentem , (7)

Teque Philippe . (8)

Magne Ioannes neque Te silebo , (9)

Ore sed grandi celebrabo dotes ,
Contalit Numen Tibi ; quasq̄ Virgo
Mater adauxit .

Lineas primas Labyrinthica huius
Artis , Ideas , Numeros , Figuras ,
Ecce vidistis tenero seorsim

Pectine duci . (10)

Monstra seruastis Labyrintho adacta , (11)

Pegasus ventos super euolare , (12)

Vortices subter regredi Hippocrenes (13)

Fulmina ab vndis . (14)

Vos Amæbeis numeris Camænas (15)

Ludere audistis , (16) Metrico sagittas (17)

Marte duplodi , Genios cieri (18)

Carmina circum .

Omnia hæc olim teneris sub annis

Nostra Parnasso dederat Thalia :

Nec noua hic Orbi modò Litterato

Pegmatiscudit . (19)

Cùm tamen solers adoleuit atas ,

Nunc locum ducit Charites in vnum , (20)

Vt simul possint oculo librari ,

Aure videri . (21)

Ergo , fauistis calamo tenello

Qui prius ; iam forti iterum fauete :
Paginas nostras radijs obumbret
Gloria vestra .

(1) Mineruam triplicem vocamus, quia in Academia facultates superiores sunt tres ; Theologia, Iurisprudentia , Medicina : in has enim aut acquirendas, aut ornandas , Artes inferiores collimant .

(2) Inter nostros condiscipulos nullus est , aduersus quem maiori cultu & affectu feramur, quam Illustrissimus D. Petrus Varais ; qui etiam dum paruus erat, magnus fuit . Polluit in annis teneris ingenio viuido , memoria vberi , & prudentia senili, Superato bonarum litterarum studio applicuit animum Iuri Politico , & ita emittit ; vt ad magnas dignitates promotus , nunc tandem Neapoli in S. Claræ Senatu Regius Consiliarius, integer vita , scelerisque purus , Ius dicat .

(3) Mihi etiam charus fuit D. Ferdinandus Franciscus de la Rúa , qui sub illud tempus Metametricis feliciter adlaborabat : postea Iurisprudentiæ operam dedit ; vixit Mediolani ad Senatoriam dignitatem euectus , & summum sui desiderium reliquit .

(4) Reuerendissimum P. Bartholomæum Villalua , Ordinis S. Francisci , S. Theologiæ Lectorem , S. Inquisitionis Qualificatorem , Toleti Guardianum , & in Vrbe Procuratorem Generalem : Virum sanè eminentis ingenij , argumentantem & concionantem admirata est Europa : & sicut olim dum liberales Artes doceremur, mihi fuit accerrimus antagonista ; sic etiam hodie Achaæzes charissimus , & fidelissimus .

(5) D. Ildelphonus de las Infantas, Poeta laureatus, in literis humanis eminens : Philosophicis scientijs adiunxit Mathematicas , & in Geometria præcipuè excellit .

(6) Clarissimus D. Simancas ex Aristotele ad Galenum transiit ; est hodie Principibus & Regi charus, & summa prudentia scientiaque Medicinam practicam profiterur .

In voce *Aesculapius* secunda videtur indifferens . Illam non facile apud classicos scriptores inuenies . Prudentius dixit .

Placet sacratus apis Aesculapij .

Qui versus, si sit Iambicus purus, illud seu erit breue : si impurus, longum .

(7) Eximium & Eruditissimum P. Martinum Spinosa Clericum Regularem S. Th. Professore , sui Ordinis Secretarium Generalem , &c. Sanè quem in pueritia foeliciter rhetoricantem vidimus , anno 1655. Romæ concionantem suspexit . Scripsit Evangelicas Orationes politissimo calamo , ingenio & conceptibus plenas .

(8) Eruditissimus D. Philippus de Valtierra nomen dedit Ordini S. P. N. Benedicti in Hispania in Ecclesiarum-valle , quæ ad Congregationem Cisterciensium spectat . In Speculatiua & Practica Theologica eminuit : & propter morum innocentiam & suauitatem iam ab annis multis ad Dei maiorem gloriam Hispaniam Cistercium gubernat .

(9) Eruditissimus P. Ioannes Eusebius Nierenbergius inter Societatis Theologos , qui multi & magni ,
-----velut inter Astra Luna minora .
dabat operam Compluti Physicæ , cùm ego Logicæ, Mathematicos habuit Societatis Doctores, sub quibus ita p

cit ut magno accursu & applausu Accademiã daceret iuuentutem ea, quæ docebatur. At ego eximio D. Magillro nostro, D. Benedicto Sanchezio, Viro ingeniosissimo & doctissimo; & quod prius debuissim dicere, modestissimo, pientissimo, suauissimo operam dabam. Docebat nos ille labio scholasticas scientias, vita Morales. Illum merita ad varia loca promouerunt, & modo seruit Deo & Ecclesiæ ad Monopolitanum Pontificatum prouectus: ubi est sanctorum Pralatorum exemplar.

Redeo ad P. Ioannem. Nostri Parentes D. Godofredus & D. Laurentius fuerunt intimi amici: & ideò nos sinceram semper fuimus amicitiam professi: quam ingeniorum & studiorum similitudo intendit: nam lingua Græca, Hebræa, Chaldæa, &c. & Mathematicis Meditationibus summoperè delectabatur. Scripsit plurima quæ cum magna utilitate leguntur: & tandem obiit cum opinione sanctitatis.

Habui etiam nonnullos Condiscipulos Principes, nonnullos Proceres, quos quia alibi dignius celebros, subitico nunc: magnæ enim illorum laudes lineis pauculis capi non possunt.

(10) *Idea* (non *Idea*) apud Latinos primam & fecundam producit. Victor.

Semper adest, tristisque animos idea fatigat.
Interim Græcè dicitur *ιδέα ὑπὸ τῆς ἰδέας*. & nescio quid mali accidere posset Metametrico, qui corripere. Immò utramq; ab Orpheo in Hymno abbreviari reperio:

Υπὸ ἀλλείων ἰσθλὸν ἰδέας πολυμήθεος
& iterum.

Ἀλλοκότοις ἰδέαις, &c.

Ergo si Latini utramque producant, Græci utramque corripunt, utraque poterit censi indifferens.

Est autem *Idea* idolum, quod mente formatur. In Metametricis à materia omni abstrahitur, ut num. 5. luculenter expono.

Pectine pertinet ad Textoriam, & Musicam. Virgilius 1. Georg.

Arguto coniuæ percurrit pectine telas.

Et *Æneid.* 6. vitur pectine pro plectro.

—Iam pectine pulsat ebarno.

Hinc, cum carmina texantur [in verbo *Texo* Calepinus. *Per translationem Texere ponitur pro componere, fabricare, scribere, compingere, concinnare*] & cantentur [Virgilius *Æneid.* 1. *Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena carmen.* & mox. *Arma Viramque cano.*] pectine utimur, ut primas insolentium versuum concinnationes exprimamus.

(11) *Seruare* à Poetis ponitur pro *Obseruare* Pailinurus apud Virgilium *Æneid.* 6. lapsus in vndas fuit, dum *sydera seruat*, hoc est, *obseruat*.

De labyrinthis ago num. 5. & seqq. Et hic obiter noto omnes concinnationes Metametricas esse quosdam curiosos Labyrinthos.

Monstrum est, inquit Calepinus, *omne contra (adde, & supra) naturam.* Vnde Plautus in *Eunuch.* *Quid istud monstri fuit?* Hinc Polyhemus *monstrum* à Virgilio vocatur. Potuisset & Martialis *monstrum* dici, inquit enim de Zoilo,

Rumpitur inuidia, quod turba semper in omni

Monstramur digito: rumpitur inuidia.

Et nuper P. Richardus, Ordinis Prædicatorum gloria,

ob eximium ingenium & eloquentiam summam, quia supra communes humanæ legis regulas se subrigebat, *Monstrum* fuit dictus. Erunt igitur *Monstra Metrica*, carmina, quæ supra communes eruditionis regulas contendantur.

(12) Carmina sursum volentia (quæ ab inferiori parte in altiore leguntur) ponit ob oculos *Apollo volans*.

(13) Recurrentia verò, quæ more aduerso à fine ad principium resiliunt, *Apollo Retrogradus*.

(14) Decidentia autem, quæ deorsum legi possunt *Apollo Ruens*, seu *Fulminans*.

(15) *Alternis cantetis, amant alterna Camæna*, ait Virgilius: & ideò, in quibus alternantur voces, carmina, nouo Apollini adscripsimus, quem *Amæbaum* vocauimus.

(16) De Iusu Metametrico *Apollo Orchestres* differit, & Philosophos recitando summa donat carminis condendi notitia. [Legant, quæso, Professores Grammaticæ hunc Apollinem: & examinent, an utiliore Iusum suis possint indulgere discipulis; in hoc enim intenditur pietas, & deuotio; recreatur animus; acuitur ingenium; acquiritur conformandi carmina summa facilitas; & si de pretio agatur (nam victoria sine premio languescit) æquè ac in alijs ludis poterunt Philomusi, aut perdere proprias pecunias, aut alienas lucrari] Si petat aliquis, an hic Metricus ludendi modus fuerit antiquis notus? Dicam me in Horatio legisse.

Versibus exacuit dicta per carmina sortes,
Et vita monstrata via est, & gratia Regum
Pieris tentata modis, Ludusque repertus, &c.

Sic ille in Arte Poetica: quos versus, per me stat, vnusquisque, ut voluerit, interpretetur.

(17) Sagittæ collinantur in scopum, & in murum impactæ resiliunt: & ideò genus illud carminum quod pellitur repelliturque solemus *sagittas* appellare. Interdum voce utemur liberius, nam hæ accipiuntur ad placitum.

(18) De circumactis versibus agit vberimè *Circularis Apollo*, ad quem Cœli Metametrici pertinent.

(19) *Pegmata* (Hispanice *Figuras de relieue*. Græcè, *Πηγματά* videlicet *ὑπὸ τῆς πηγουμῆς, à pangendo.*) ex marmore conformarunt antiqui; sed multò postea speciosius ex ære. Sic Festus. *Cajus arte prodiga, ut Pegma faceret, argento abusus.* Audi *lib. 3. cap. 3.* Plinium *Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum viginti quatuor argenti pondo fuere.* Hanc vocem, ut ex Tabula XIX. constat, ad Metametricam transtulit Reuerendissimus D. Gaspar Lemens Poeta celebris; hanc etiam alij: & Ego hac occasione Monitum hoc Politicum addo.

Tradunt Claudium obiecisse aliquando bestijs, qui Pegmata in scenam parùm feliciter produxissent. Ne ergo miretur Philomusus, si & obijciatur bestijs (Zoilus) quoties minùs feliciter Metametricum Pegma producat. Sed cur bestijs? Quia quotquot ratione utuntur, cognoscunt Metametricorum Pegmatum difficultatem, quæ sicut ex Artificis negligentiâ aut etiam ignorantia interdum, sic etiam frequenter oritur ab ipsa Idiomatis Latini paupertate: ubi enim ad formandum Labyrinthum materia deficit, quid, quæso, faciet vel ingeniosissimus Dædalus)

(20) Dicimus has Pegmatum Ideas à nobis in ipsa-

met pueritia inuentas, & in testes adducimus condiscipulos omnes, & illos præcipuè quorum nominibus Tabulam istam honoramus. Illas, ne perirent; coniunximus & coordinauimus; & nunc simul in lucem publicam prodire iussimus.

(21) Legi in Plauto, *Habeo aures oculatas; credunt, quod vident.* Volo igitur, ne ex aure cæca Cætones rigidi, siqui fortasse hunc Librum legerint, in iudicium prorumpant: librent singula oculis, aure oculosa ponderent, & nihil inuenient in Ideis, quod dignè condemnent aut reiciant. In verbis, quibus vestiuntur illæ, fortè aliquid intercurret nonnunquam, quod non placeat. At tunc ab Aure cæca ad Aures oculatas appello. Videant, obsecro, Caium Principem libertissimum magnam argenti vim eliquasse, vt funderentur Pegmata. Sub quo Artifex, qui infœliciter produxisset imagines, dignus erat profectò, qui bestiarum dentibus obijceretur. At Metametrici Pegmates (sic vocamur, qui elimamus hæc Pegmata) à Nomenclatoris auaritia pendemus; & nobis ille imaginem texturis, flæ; picturis, colores; fufuris, æra; ædificaturis, marmora; aut clarius; ille, ille, eloquuturis, voces denegat: ergo siquidem nobis Nomenclator Latinus non subministrat necessaria, non venimus statim condemnandi, si Ideam nobilem & pulchram, minùs nobili, aut minùs pulchro paludamento vestiari aliquandò sinamus. Nec tamen ita discursu vacuus sum, vt existimem me Cætoni cuiuslibet satisfecisse; debebat enim Aurifex, qui carebat pretioso lapide anulum non formare, & qui vocibus aptis non concinnare Labyrinthum. Prodest Horatij Monitum, qui libello illo doctissimo, qui de Arte Poetica inscribitur, sic inquit.

*Sumite materiam vestris, qui scribitis, equam
Versibus, & versate diu quid ferre recusant,
Quid valeant numeri. &c.*

Quæ sic intelligo. Sicut plus in marmore quàm in luto, plus in adamante quàm in marmore audet Artifex: sic plus Poeta in hac, quàm in illa materia. Peccat in legem latam ab Horatio Rhythographus, qui hanc ideam mente concipiens; videlicet, ABA BAB CC fatiget mentem, vt Ogdoasticum sic inceptum,

Entra Hippocrene en vn ondofo golfo

Donde el fluxo y refluxo es de agua dulce,

Absoluat: nam Hispanicæ voces hanc perfici stropham recusant; dictiones enim *golfo* & *dulce* consonantes non habent. Ergo peccabit etiam, qui Ideas aliquas à nobis traditas grandi ore conetur exprimere, siquidem Idioma Latinum interdum grandes voces Ideæ respondentes non habet. Sed tamen non obstante Romanæ Linguæ paupertate nostram semper Ideam manebit gloria & laus: & quæ Latinis vocibus digniùs exornari non potuit, transfretabit in Græciam, vt in

Editione secunda speciosius & ornatiùs vestiatur.



D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum

Lucens videns Romana Omnia.

DISTICHON.



EXTRA tibi, Romana vides nunc
Omnia? Lucens
O fidus, cernes dexteriora magis.

Dominus Ioannes Caramuel, Illustrissimus &
Reuerendissimus Episcopus
Campanus,

Anagramma purum.

Sapientum Dea Pallas cedit: Pulcris Musis es
mirus:

Si vno munere insuis, Coronas sume.


TETRASTICHON.



ER Dea iam Pallas Sapientum pro-
uida, cedit:

Es pulcris Musis mirus, Alumne
Iouis.

Insuis hæc vno si munere; sume Coronas
Hinc duplices sacras, quas tibi Roma parat.
F. Bernardinus à Cassano Ord. Min. Strict. Obseruan.
D. Nicolai Reform. Prouinc. alumnus D. C.



CLIO NOVITER NATA

*Cuius egregiam formam in sua Poesi, veluti hodie
reuiuiscntem, atque efflorescentem, alit,
ditat, venustat*

Illustris. ac Reuerendis. Episc. Campanus

D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum.

Noua Clio, es Mundi Ara, Mens.

PARAPHRASIS HEXASTICHA

Noua Clio



ASCERIS vt Phoenix nunc post tot
sæcula: nata
Nunc semel, haud nunquam iure
perire times.

Es Mundi Ara

In te Musæ omnes sacrant sua pectora: sacrat
Vt sua vir magni quilibet ingenij.


Mens

Hac Phoenix, hac Ara, Ara ignis, surgit ab igne
Ceux Phoenix, ardens quæ tua scripta docet.

Contractius

ARA noua es, Clio, Mens Mundi;
Mundus in ara
Se facret ergo tua, sit quoque men-
te tuus.

Fr. Didacus Lequile.



Per l' Illustriss. e Reuerendiss. Monfig.

CARAMVELLE


In lode della sua Metametrica, che stampa
in Roma, regnando la Santità
di N.S. Alessandro VII.

SONETTO.



OR che candido cigno al Tebro in seno
Canta carmi celesti a l'ombra affiso
De la Quercia Real del Paradiso
Che'l frutto ha d'oro, e di dolcezza è
pieno,

Volino gli altri sin dal Ciel sereno
Dal Meandro, da l'Arno, e da l'Anfriso
E quelli ancor, che con eterno riso
Cinto di bianco vel portano il seno;
Cantin sublimi carmi al gran Giouanni
Che spande gratie, e rai da l'aurea bocca
Da l'Ostro fino a gli ultimi Brittanni.
Tutto sa, tutto insegna. A l'alta Rocca
De le Diue, e di Febo or spiega i vanni,
E contro il labil Tempo i dardi scocca.
Dell' Illustriss. Sig. Giulio Bucellini Barone del S. R. I.



D. IOANNES CARAMVEL

Optimus Præsul.

Anagramma purum.

O Amator Lucis alis Pauperes, mons mundum

Clavis Anagrammatis.

A c d e i l m n o p r s t u.

4 1 1 3 2 2 3 2 3 2 2 4 1 4.

D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum.

En iam nos, ac mundum alis ore.

Clavis Anagrammatis.

A c d e i l m n o r s u.

3 1 1 2 2 1 2 3 2 1 2 2.

D. IOANNES CARAMVEL

Anagramma purum.

O Lumen vera dicis, ama nos.

Clavis Anagrammatis.

A c d e i l m n o r s u.

3 1 1 2 2 1 2 2 2 1 2 2.

IOANNES CARAMVEL

Pastor Campaniæ.

Anagramma purum.

At Calamo, nempe superas omnia; Carmina.

Clavis Anagrammatis.

A c e i l m n o p r s t u.

7 2 3 2 1 2 3 2 2 2 2 1 1.

Illustrissimus Pastor.

IOANNES CARAMVEL.

Anagramma purum.

En iam alter Apollo, Carus Musis.

Clavis Anagrammatis.

A c e i l m n o p r s t u.

4 1 2 2 3 2 1 2 1 2 3 1 2.

Epigramma.




VI æthereos peragis Titan modo mé-
te recessus,

Et Calamo hæreseos figere monstra
peris.

I quoque Pleetra cie Gemini spes grata Lycei.
En carus Musis, iam alter Apollo Micas.

D. Antonius de Ianuario Patr. Neapol.



ELOGIUM.

CARAMVELI

Illustrissimo dignitatis ornamento,
Inclitæ Hispaniæ, ac nostri sæculi Gloriæ
Bonarum litterarum emporio,
Cui heroico ingenio
Grandiloquo cothurno
Poetico, & Rhetorico decoro fuco,
Historico succo & omnigena eruditione
Scientiarum omnium fulgoribus
Lustranti, atque illustranti

Laus est

Totius literarij Orbis Accademia

† 3 quo

Quo ,
Senefcente mundo ,
Magis adolefcit Sophia ;
Obftrudta facrorum referantur Arcana .

Cuius
Lacertofis & acutis ratiocinijs ,
Inuidia profternitur :

&
Difficultatibus exenterafis ,
Veritas extracta

Infpicitur

Fides propugnanda propagatur


Heretici proffigatur, aut luce veritatis fruuntur

Cui

Roma debet decorem , folitudo fapientiam

Amicitia integritatem.

D. Francifcus Verde , fe fuaque dicet ,



All'Illuftriffimo Monfignor

GIOVANNI CARAMVELE

Per la fua Metametrica .

SONETTO .



VAL GIOVE (che in tuo nome alto
rifona)

GIOVANNI, dal tuo fenno, ampio
e profondo ,

Madre d'ogni fauer , noua Bellona
Mirabilmenre partorifti al mondo .

Hor produci , qual Giove , anco fecondo ,

Altre Dee più canore in Helicona :

E qual Giove pur fei, che dolce intona

Fatto in Eurota gia Cigno fecondo .

L'Aquila inuitta è la tua fteffa mente .

Che vola al Sol del vero , e fife il mira :

E d'ogni ftigio error sbrana il serpente .

Ben dunque Aonia oetra hora in te fpira :

Che de l'Aquila in fenno ancor fi fente

Spirar fù i Cieli alte armonie la lira .

Del Sig. Biagio Cufano.



Illuftriffimo Antiftiti

CARAMVELI

Poetica fyntaxmata edenti .

EPIGRAMMA .



PECTORE qua Domini recubans arcana
Ioannes

Carpfit , tu noftu peruigilando rapis .

Qua mane in Caelis Cherubin , qua ve-


fpere cernunt

Affidue fpectas lucida fub tenebris .

Digne ergo nunc alta doces qua metra Ioannes

Audit Angelicos explicuiffe choros .

Eiusdem .



Per la Poetica di Monfignor

D. GIOVANNI CARAMVELE

Vefcouo di Campagna .

CANZONE .



LASCIA l'erto di Pindo ,

Bella Clio , che ti chiama

Il deuoto mio cor : spiega qui l'ali ,

Dall'Fritra , e dall'Indo

Non m'inuoglia la fama

A mendicar tefor labili , e frali ,

D'alimenti immortali

Bramo , che Palla appaghi il mio digiuno ,

Ed adori chi vol Venere , e Giuno .

Sia la Fenice Ibera ,

Il miracol dell'Iftro

Gloriofa cagione a quefti inchioftri ;

Mandino a fchiera , a fchiera

Il Meandro , e'l Caifiro

Stuoli di Cigni a raddolcirfe i roftris

In quefti Fogli noftri

Pretiofa materia habbia il lauoro ,

Non fpande arene il Tago altre , che d'oro .

Riuerfici , ed ammira

Rediuuio il Dirceo ,

E racchiufa in vn fen l'ombra di Manto ;

Quanto l'Aufonia lira

Traffe dal lido Acheo

(Mirabil moftro) è d'vna penna il vanto :

Sotto facrato ammanto

Comparfo è Febo , e per virtude occulta

Hoggi in faccia del Tebro il Reno efulta .

Pompa della Natura

CARA all'Itale piagge

Sparge MEL d'Helicona Ape ingegnofa :

Corra

Corra a lei, chi procura
Tra le menti più sagge
Del tempo trionfato irne fastosa:
Degn' e vita famosa
Ch'estratti dalla man d'Atropo hostile,
Stami di gloria eternità gli file.

Contremendo ardimento
Aggropò monti a monti
Per farsi scala al Ciel l'antica Etade;
Impeto violento
Con disufati ponti
Delle nubi calò l'acree strade;
D'Abisso le contrade
Tremar suenate, e dall'estrema possa
Traballaro schiantati Olimpo, ed Ossa.

Ma che prò! fu l'ardire
Cagion della caduta;
Mentre vanno di par ruina, e volo:
Di Giove esposta all'ire
L'Arroganza abbattuta
Si rimirò precipitata al suolo,
Per segno in faccia al Polo
Del castigo l'immagine feuera
Scritta a note di fumo il Cielo annera,

Lungi, lungi, ò profani
Da veridica Musa
Fantasmi, imaginati, ombre mentite:
Non penetra gl'arcani
La sù pupilla ottusa,
Per vagheggiare il Ciel senz'occhi e Dite,
Deliranti, o sopite
Fur le menti de' Vati: ha vista frale,
Se la fè non l'affina, occhio mortale.

Da penna vaneggiante
Tranne senzo affodato,
Musa, e scriui a caratteri immortali,
Questi è'l vero Gigante,
Che sù'l monti appoggiato
Di Pindo al Ciel di Gloria impenna l'ali:
Di fulmini mortali
Pauentar non può mai l'ire, e i furori;
Son sicuri da fulmini gli allori.

Da suoi colli natiui
Spiccò volo lontano,
E se l'mira vicin l'Etrusco Atlante,
Fra'l Senato de i Diui
Collocarlo la mano,
Che le chiaui ha del Ciel, farà bastante:
Quando ciò fia fumante
Vò che d'ambo sù l'Ara i simulacri
All'Immortalità meco confacri.

Del Sig. Carlo Plantamuro.

AQVILA LAVREATA (*)

Illustriſſimo Domino

IOANNI CARAMVELI

Alluditur ad eius Inſignia.




*B*ELLATRIX Volucris cur hic ſpectatur
inermis,

*Quæ ſolet irato fulmina ferre Ioui?
Antra Aetnae tonent, ſudate metalla
Cyclopes,*

*Ionibus alatis Mulciber armet Auem:
Ab non Phlegra gemat, fileant incudibus iclus,
Dormitent fabri, fulmina capta cadant:
Hac volucrem Regina, Dei ingenioſa Miniſtra
Non eſt externis indiga fulminibus:
Eſt calamus fulmen, lauro galeata perenni,
Hæſibus domitis, ſacra trophæa refert:
Fulmina cum lauro rumpant diuortia: Dampne
Phæbeos Ignes Virgo fouere poteſt:
Hinc Regina Aquilæ Pæan modulentur olores,
Fulmina fert calamo, laurea ferta comis.*

(*) Meminit libri P. Franciſci Bonæ-Spei contra Carameulem editi, qui inſcribitur NOCTVA AD AQVILAM

D. Dominicus Baptiſta.



*B*ECVS Hesperiae ad Pindi culmen
leuitatem
Corrige Picridū vel grauitate tua.

Eiuſdem

Circa operis titulum: primus Io: Caram. calamus oculos ponens Metametricam.

Quis volat in ſummo Parnaffi veſtire montis?
Eſt Magnus primo Caramuel Calamo.
Si ſuprema petit dum primas explicat alas,
Non habet vltra quod penna ſecunda volet;
Scribere res metricas poſt hac non audeat vllus:
Scribi quæ poſſunt hac *Metametrica* habet.

Eiuſdem

Caramuel multiformes exornat labyrinthos.

Dum labyrinthæis Muſas in flexibus arces,
Per terras penna liberiore volant.

P. Eugeniſ a S. Iosepho

All' Illustriss. e Reuerendiss. Monfig.

GIOVANNI CARAMVELE

Abbate di Monferrato, e Vescouo di Camagna,

SONETTO.



MONSERRATO o Muse. Or quiui

Apollo

Col plettro d'or grandeggia e spandrai,

Vanne coro diuin, che ben vedrai

Di quanto lume il gran Fattor colmollo.

De le Diue lo stuol bene ascoltollo

E disse, che tropo lo non l'inalzai,

Ma co'l douuto titolo il nomai,

Che'n vero Febo il Ciel gia trasformollo.

Volino i Cigni dal' usato luogo

Lasciando il Dio di Delo, e diano omaggio

A questi, e fia lor vanto il nuouo giogo.

Col ribellarfi acquisteran vantaggio

A le lor glorie, e al vero io non derogo,

Che'l Gran Caramuel di Pindo e'l saggio.

E I V S D E M.

Caramuel vel Theologicis, ac Philosophicis occupatus preclarè de Poesi scribit.

D I S T I C H O N.




GREGIE hic Phæbum pingit, colit ipse

Minerum;

Omnes miramur Caramuelis opus.

Del Canon. D. Gio: Battista Aloisio Dottor di Legge.




T R I V M P H V S

E L E G I A

Ad Illustrissimum, & Reuerendissimum

IOANNEM CARAMVELEM



VALITER immensam nullis auge-
tur ab vndis

Oceanum, quamuis cuncta fluenta
bibat:

Sic tua, Caramuel, crescet nil gloria lausque

Te celebris quamquam tollat ad astra Maro.

Tollat ad astra Maro stygijs reuocatus ad vndis,

Natus & Vrania, Mercurioq; Linus,

Haud vasto iacet Orbe locus tam diffusus, in quo

Non sit Virtutis Fama vagata tuæ.

Omne tibi plaudit Latium, plauditq; superbum

Accola Danubium qui bibit, atque Tagum.

Augur & plaudet gelido subiecta Trioni,

Atq; Hyperionij Gens male adusta face.

O sophiæ lumen præstans, ò Pallados altæ

Maxima cura Deæ, mnemosidumq; decus l

O qualem, gemino quondam cui nulla sub axe

Secla tulere parem, fera nec vlla ferent!

Quas, etenim Natura ærata clauserat arca,

illa Tibi arcanas prodiga prompsit opes.

Nec gazas credidisse suas nunc pœnitet, illas

Ipsæ augere potes, dilapidare nequis.

Enthea nascenti finxit tibi pectora Phœbus,

Edocuitque sacram sollicitare chelym.

Qua modo vitales potis es dare cautibus au-

ras,

Et potis es rigidi flectere corda Iouis.

Ast vbi maturos ætas adoleuit in annos,

Maior & in membris vis generosa fuit,

Ingenioq; simul; sophiæ penetralia diuæ

Intima pulfasti prosperiore gradu.

Hic Te festiuo excepit sapientia vultu

Et Pitho, ambrosius cui fluit ore liquor:

Oscula figentes manibus, frontique venustæ,

Oscula siderijs inuidiosa dijs

Oscula, quæ melius, quam Helenes mirabilis

herba

Perfundunt hominum pectora lætitia.

Oscula, quæ melius, quam pocula nobilis He-

bes.

Æternos donant viuere posse dies

Dumque manu prensus tota spatatus in æde es,

Omniaque hausisti mente, oculoque pede:

Agmine Te factò comitatur Turba Dearum,

Quæ quondam Terris corripuere fugam.

Scilicet affulgens dextera cui fulguratensis,

Et geminas lances celsa Virago regit:

Quæque almo Populos moderari foedere Pacis

Præmiaque & pœnas distribuenda docet.

Maturosque agitans solers prudentia motus

Omnia lynceo lumine prospiciens.

Armipotentq; tegit forti quæ robore pectus

Et rutilans validum cui grauat umbo latus;

Ne fortis cedat iaculis cor, neue tumescat

Instabilis ridet quando secunda Dea.

Vltima baccantes animi quæ temperat iras r

Luxuriæque feram Gorgona calce premit.

Parte alia occurrunt nuptæ velamine frontes

Simplicitas, Pietas, Religio, atque Fides.

Sicq; omnes blandis passim venerantur ocellis,

Munera certatim dantq; subinde Tibi.

Ipsa sed in primis Sapientia sede locata

Stellanti tandem, nobile cincta caput,

Nobile cincta caput varia Nereide bacca

Te prope, subridens dulce, sedere iubet.
Eque suis tollens digitis Adamanta, micabat
Plurima quem circum gemma reuincta simul
Aptauit iuuenis digito, sic labra resoluens:

Accipe, maeste, meum pignus amoris adest
Sic tua, sic virtus toto fulgebit in Orbe,
Gemmarum medio ceu nitet iste lapis.
Quin veluti Noctis rutilos intermicat ignes
Pulchrior argento Luna superba suo:
Sic Tu illos inter finxit queis ora Prometheus
Iapetionides, igne animata Poli,
Ingenio stabilis maior, Genioque, Ioannes
Caraque; spes Hominum, spes quoque; cara Deū,
Nec mora, Cycnæis properat peruecta quadri-
gis

Fama, per æthereas currere docta vias
Et iuuenem geminæ attollit super Effeda dextre
Auxilio, volucres istimulatque feras:
Instimulat: placidæ per inania Regna Iunonis
Quaque; dies oritur, qua moriturque dies:
Quaque; fluit Tanais, Xanthus, Mæander, Orontes
Termodoon, Ganges, Phrasis, & Ister Halys:
Et rutulis Pactolus aquis, flauusque; Lycormas.
Mygdoniusque; Melas, Hesperiusque; Padus:
Quaque; tumet Patris septano colle Quirini
Imperij, tollens Tybridis vnda, caput.

Sicque; regens Volucres læua, vocale metallum.
Dextera, quo resonat grandia gesta Virum:
Æra inflat passim complens mugitibus Orbem
Immensum, & voces vocis imago refert:
Aurea felici, remeant iam tempora signo.

(Illa ait) imperium falciferique sanis
Cedite Romani scriptores, cedite Graij,
Omnis cui virtus debeat, vnus adest.
Dumque rotis liquidam tranat feruentibus æ-
thram.

Currus, & Aligeris ocyor, atque Notis;
Obstipam Terris frontem declinat Olympus,
Claraque qui tangit sidera celsus Atlas.
Pictorum late exultant conuexa Polorum,
Et plaudunt tremulum, sidera prona caput.
Sol medio sistit Coelo, figitque quadrigam
Flammiferam, fundit mitor atque iubar.
Ante triumphantem ludunt charitesque iocique;
Et ducunt agiles Turba nouena choros.
Hinc dulci spirant flatu Zephyritides Aureæ,
Indeque Orontæus suauior halat odor.
Hinc caput irrotat roseo Matuta liquore,
Floraque odoratis floribus indè tegit.
Vndique festiuus Florum perfunditur imber,
Vndique congestas copia versat opes.
Dumque; igitur, superum cætu spectante, theatro
Aeris in medio hæc festa peracta manent:
Attoniti sursum mortales ora fatigant,
Murmure plaudentes, nutibus, atque manu:
Vna, nigras lacerata comas, pectusque; cruenta,


Torua oculis, vultu putida, dente serox!
Exilis collo, oblongas nudata papillas,
Tum monogramma manu, tum monogram-
ma pede

Aspiciens, tristes perfundit pectore voces.
Sanguineis, turpes flectibus vda genas:
Et nunc præduro contundit pectora saxo,
Et nunc latratu percutit astrafero;
Tabificum patulo passim vomit ore venenum,
Et stygia sordent labra cruenta lue;
Immanesque vocat superos, immania Fata,
Totaque sic lucta contumulata suo est:
Inuidia olli nomen, Auerni erupta Tenebris
Alterius semper foeda inimica Boni.

Hæc mihi, *CARAMVEL* decorat cui nobile mi-
træ

Infula sacra caput, Calliopea tulit.
Illa etenim mecum Permessidos amne relicto
Degebat, longos post habitura dies.
Cum Te sic tenuem peruectum vidit in æthram,
Lætitiæ, & tantas ebibit aure vices:
Et mox occurrens choreis se miscuit illis.
Eia age, maeste Pater, viue, reuiue, Vale:
Viue, reuiue, vale Phrygiam trascende senectam
Atque memor nostri viue, reuiue, Vale.

D. Ioseph Vespianus Capuanus.



Illustris, & Reuerendiss. Dominus

IOHANNES CARAMVEL

Episcopus Satrianensis, atque Campanus.

ANAGRAMMA PVVVM.

*Solicitans plectrum, en lenis es, en suavis es, en ra-
dians ouas, summusque triumphos
Cycnus Amoris Paradisi.*

HARMONICVS CONCENTVS.



VIS modò telluris spatiosus viuit in
oris?

Sceptra quis alta regens, modera-
tur numine Vates?

Quis patrios inter numeratur in Orbe Pena-
tes,

Lege viros, citharisque; beans Heliconæ sonoris.
Ne mirum. En summus Paradisi Cycnus Amoris
Sollicitans plectrum, legum pretiosus Achates
Ecce Lycurgus ouas, charites cui pectore gra-
tes

Perfoluunt, Musaque; modis dant vota canoris;
Ferreæ prætereant, sint pluribus aurea lustris
Sæcla, minax reprimant liuoris edacia rostrum

Tem-

Tempora, Rana nocens cesset blaterare palu-
ft. is

Gestiat, A stræa m g ftans, moderamine, plostrum
Iubilet aonijs victrix Orchestra ligustris;
Lex vbi, Metra vigent, maiestas imperat, ostrû.
Canonic. D. Lucas Carolucius Altamuranus.

Omne ceu clarus fabius Pan tale Poësis
Seù potius Pœan Pana sonare doces.
Ergò tibi cadat Lyricen Venusinus Alumnus,
Ac sophiæ Princeps ipse poësis honos.
D. Paulus Orontius Altamuras Academ. Furiatus.

C A R A M V E L

ANAGRAMMA PVRVM

et CAELVM,



ECCE et quippè sonat, dat CAELVM
lumine pompas;
Tu Cælum fulges, munera Cara,
pluens;

Tu nunc Melle iacis fundamina mista Polorum,
Et prò calle simul lactea dona paris;
Prò muris condis crystallos ordine, Phæbum
Ac prò Rege refers, sidera proque viris;
Pròque plagis zonas, pro Iudicibusque Planetas,
Pròque petris gemmas, aurea scepra locas;
Spiritus è nitidis venit ille poëticus Astris;
Es cœlestis olor, ferta poësis olens;
En sua sub Alexandro splendet fabricata Poësis,
Lauriferis palmis ritè dicata viget;
Te Cælum Cœlis meritò sub sidere montes
Tollent, sacra Ioui Quercus ad astra veheb.

Liufdem

IOANNES CARAMVEL

Episcopus

ANAGRAMMA.

A poësis omine, ceu Pan clarus.

EPIGRAMMA.



PAN, qui curat oues, calamos con-
iungere plures
Instituit cera, qui inde debere so-
num.

Caramuel hominum custos sic reperis artem,
Pangere quâ Vates metra sonora queant.

SONNET (a)

De Monfig. de S. Seruais François à
Monfig. L'Euesque

JEAN CARAMVEL

Espagnol, &c.



QVEL Comble d'honneur, Vierges
dignes d'enùie?
Vous Voyons nous fleurit? Par un sort
plus qu'heureux

Mu ses par quels attraits, vostre mont glorieux
A-t'il Rendu l'Espagne a vos loix afferme?
Terrestres Deitez? Ditez le vous en Prie
Le parnasse est Il bien si fort delicieux?
Qu'à vous le Cultiuier, d'un soin tant studieux
Soit Induit son plus Rare & plus ample genie?
Nos fleurs delys sans doute y Perdront de l'esclat
A l'aspect fleurissant d'un si digne Prelat
Qu'on peut dire d'Espagne estre la fleur d'elite
Mais sans Dechoir Pourtant de leur noble Vigueur
On ne les y Verra Iamais Mieux estre en fleur
Que lors qu', il y faudra Couronner son merite.

(a) A sono. as, habet Latinus sonitum: hinc deduxerunt nomen Heroica illa Poemata, quæ apud Italos & Hispanos frequentissima sunt, & binis Tristichis Tetra-
sticha bina præmittunt, vt conspicias. At nomen soni-
tum variè diuersæ Nationes corrumpunt. Omnes con-
uertunt I in E. Galli duplicant N. Itali T. hic obiter
admonuisse sufficiat.

TYPOGRAPHVS



AN Carminum præcedentium ordine, ne
queras ordinem; omnia sunt optima,
omnia prima. Sed quia omnia, quæ
veneramur eodem loco, in eundem
non potuimus componere, ne omni-
no carerent ordine, Abecedarij literas sequuti sumus.

LECTVRO

Quid in CVRSV HVMANIORVM LITERARVM
contineatur, expendo?



RTIVM liberalium nomine Mathematicæ, Humanioresque significantur: quas quidem distinxisse videtur Cicero 3. de Orat. nam ait, *Omnes Ingenuarum & Humanarum Artium doctrina uno quodam societatis vinculo conti-*

netur Ecce scitè Ingenuas, seu Mathematicas, ab Humanis secernit & de his in Orat. pro Archia. Poeta differens *Omnes Artes*, inquit, *quæ ad Humanitatem pertinet* (hoc est, *Omnes Artes Humanæ*) *habent commune quoddam vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur.* Et quidem summam Mathematicæ inter se, summam Humanæ inter se seruant Analogiam: [Stat enim illud semper Axioma, *Oportet ita scribere, ut loquimur.* Si Orthographia perfecta sit, esse verum. Etiam illud, *Oportet, sicut de metricis metricè, ita de Rhythmicis rhythmicè philosophari.* &c. & transcundo ad Mathesim. *Sicut de Arithmetiis arithmeticè, & de Geometricis geometricè, & de Logarithmicis logarithmicè, sic etiam oportet de Musicis musicè philosophari.* Dici debet] at ex Humanioribus scientijs ad Mathematicas, aut saltem ad omnes, aut contra, per Analogiam dari transitum necessarium non video: nec enim aliquis inter Orthographiam & Astronomiam parallelam aliquam, quæ doctrinalis sit, connexionem ostendet [nemo enim dicet, *sicut de Rhythmicis rhythmicè sic etiam de Astronomicis astronomicè; aut de Astrologicis astrologicè debemus philosophari.*]

Omnes hæ sanè scientiæ liberales dicuntur, quòd à liberis tantùm discantur: & vulgo censentur esse septem, sed plures possent. Continentur hoc Carmine.

Litera, Lingua, Tropus. Numerus, Tonus, Angulus, Astrum. Penthemimeris ob oculos ponit Humanas; nam cæteræ Mathematicæ sunt.

Litera significat Orthographiam, ad quam Polygraphia; & steganographia reduci debent.

Lingua Grammaticam: & quia Rhythmica, & Metrica seorsim non recensentur, huc pertinere dicendæ sunt.

Artes Humanæ, quæ ad primum Cursum pertinent, variæ sunt, at hæ nostro calamo dilucidantur. [Noto præcipuas: multæ enim ornatus gratia interferuntur, quæ in hoc Summario Indice recenseri non debent.]

I. Tractatus Proœmialis, de ordine subalternatione & divisione scientiarum. Præbet lucem, ut præcognoscat Lector omnes Artes & Scientias; omnes Inertias etiam, quæ vel à nobis tractandæ, aut repudiandæ.

Tropus ob oculos ponit Rhetoricam, quæ dat Linguæ, ut ornate loquatur.

Sunt, qui Dialecticam liberalibus scientijs accenseant: sed iam obtinuit vsus, ut Philosophia in Logicam, Physicam & Ethicam diuidant Scholastici. Transeamus ergo ad Mathematicas

Numerus Arithmeticam indigitat: quam Logarithmica nobilitat, & summam donat facilitate. Addimus & nos Anarithmicam, quæ quæstiones dirimit, quæ in numeris ignotis fundantur.

Angulus Geometriam in memoriam reducit: quò aliæ omnes Facultates attinent, quæ in continua quacumque quantitate mensuranda occupantur.

Tonus Musicam exhibet; & meritò inter Arithmeticam & Geometriam locatur, nam utriusque consors, vocis sonoræ numerum, nec non longitudinè, latitudinem, profunditatemque contemplatur. Hæc est duplex: nam vel Cantum Firmum, vel Harmonicum speculatur. Vtramque faciliorem reddidimus, & nouis inuentis ditauimus.

Astra, illorumque motus Astronomia metitur: secumque Astrologiam conducit, quæ nisi sobria sit, homines in errores propellit: & sobrietate caret, vbi liberum Arbitrium subiecit stellarum influxui: nam, ut prudentissimè affatur Ptolemæus, *sapiens dominabitur Astris.*

Nos igitur, ut omnis vitetur confusio, liberales scientias, ut diximus, in duas classes diuidimus: quarum Humanas prior, posterior contineat Mathematicas: & quia in singulis à calcè ad metam currimus, in quinque Cursus, quia longum est, diuidimus scientiarum stadium.

Cursus Artium Humanarum est primus: quem sequitur *Cursus Mathematicarum Facultatum*: tertio ponitur loco: *Cursus Philosophiæ*: sibi vendicat quartum *Cursus Theologiæ*: & tandem quintum *Cursus Ethicus seu Moralis*: & huius ultimi *Philosophia secundum dici, Logica Moralis, Philosophia Moralis, & Theologia Moralis* sunt partes.

De alijs Cursibus multis in locis dissero, nunc breuiter de primo tractabo.

II. *Orthographia*, quæ omnium nationum, quæ hodiæ notæ, characteres delineat & exponit.

III. *Steganographia*, quæ de clandestinis litteris disputat, & multas ciphras ingeniosas proponit. Huc pertinet commentarius ille in Ioannem Trithemium, quem Colonie Agrippinæ anno 1635. in lucem misimus: qui tamen nunc prodibit & correctior & auctior.

IV. *Grammatica Latina*. Cuius specimen nunc ob oculos ponit Metametricus Prodromus, at scholijs opportunis illustrata dabitur. Accedent Antiqui Idiomatis Meditationes, quæ Criticis sunt necessariae.

V. *Grammatica Græco Latina*. Agit de Græcis vocibus Latio donatis, multæ enim iura originis retinent, nec semper volunt legibus Romanis coarctari.

VI. *Grammatica Græca*. Et hæc, quæ ab alijs difficilius, summa facilitate tradit.

VII. *Grammatica Hebræa*. Ortam à punctorum irregulari multitudine tempestatem proscribit, demonstratq; literas *Aleph, He, Vau, & Iod* esse vocales: quod tentarunt nonnulli, nemo absoluit. Huc pertinet linguæ sanctæ Thesaurus, in quo cogitatam Historiam paucis Carminibus Latinis expressam Philomusus addiscet, nullamq; vocem aut literam Hebræam inueniet, & tamen inde vna facili Regula ad cuiuscumq; Hebrææ dictionis significationem perueniet. [Accedunt *Grammatica Syriaca & Arabico Hispana*, illa etiamnum peregrinaturis ad Maronitas proderit: hæc dabit linguam, quæ iam periit; qua videlicet utebantur in Hispania Maurisci, qui anno 1610. summa Philippi III. prudentia & prouidentia expulsi sunt.]

VIII. *Grammatica Hispana*. Volui hanc in gratiam nostræ Gentis scribere: quæ enim hucusq; vulgatæ, non placent: nam lingua nostra plurimum abest à latina, & tempus perdunt, qui illam omnino instar latinæ volunt tradere.

IX. *Grammatica Sinensis*. Hæc, quod magis ignota, magis à Belgis & Germanis expetitur. Habeo etiam huius linguæ Lexicon, quod iam iam edidissem, si fuisset idoneos sculptores nactus.

Adduntur aliquæ Observationes in alias linguas, quæ eruditis curiosisque seruire poterunt.

X. *Grammatica Catholica*. Ante turris Babelicæ erectionem erat terra, vt habet sacer Textus, *labij vnus, & sermonum eorundem*. Huc redire impossibile est. sit ergo saltem totus orbis terrarum vnus calami. Vt obtinerem hoc paucis, hisque ab omni gente admissis characteribus vtor, & tali arte dispono, vt quæ Romanus Italicè scripserit, legat Pragensis Bohemicè, Brugensis Belgicè, Colonienfis Germanicè, Iudæus Hebraicè, Saracenus Arabicè. &c.

XI. *Rhetorica Ecclesiastica*. Erit Concionatoribus utilis: & præcipuè illa pars, quæ *Facundia extemporanea* nominatur. Huc pertinent Tractatus aliquot: quorum duo sunt præcipui; alter exhibet descriptas verbis rerum præcipuarum Imagines: alter proponit, dirimitque Quæstiones, quæ iam olim plurimis ab hinc annis Criticos nobiliores vexarunt.

XII. *Rhythmica*. Hæc Hispani & Itali excoluerunt præcipuè; & à nobis vberiori calamo dilucidatur.

XIII. *Metametrical*. Varijs hæc currentium; Recurrentium; Ascendentium, Descendentium; necnon Circumuolantium Versuum ductibus, aut æri incisos, aut buxo insculptos, aut plumbo infusos, multiformes Labyrinthos exornat.

Hæc est (Amice Lector) Cursus literaturæ Humanioris Synopsis: ex qua rescire poteris, quid expectare à prælo Lugdunensi debeas.

Sed rogas. Cur sumperim initium à fine? Car ante priores Tomum vltimum in lucem miserim? Et duas ad hoc me causas impulisse respondeo. Sunt illæ, Amor Necessitas. Amore hunc tomum præ alijs prosequor; quia fuit primus, quem scripsi: & si libri sunt liberi, vt primogenitus amari debet. Video in illo ebullientis ingenij tyrocinia, quæ tametsi cogitata à puero, senibus eruditis sunt grata. Alios cursus huius Tomos scripsi iuuenis, cum Philosophiæ aut Theologiæ studebam: hunc Puer, dum adhuc vacarem Grammaticæ; apud me enim etiamnum extant Pegmata, quæ ante annum ætatis decimum exaravi. Fui primus, qui Artem hanc, aut inuenerim, aut reducendo ad le-

ges scientificè tractauerim, & dilucidauerim. Vt vt sit, dicar aut non Narcissus, me librum hunc specialiter amare fateor. Vt sit hanc etiam editionem *Necessitas*; nam absente Authore fortè alij imprimi poterunt, hic autem omninò non potuit: tot enim sunt in illo apices, vt Typographos multos terruerit, typopæos fugauerit, & plurimis molestissimus fuerit: tot, inquam, vt aliter quam Authore dirigente, aut cooperante veriùs, in lucem prodire non posset. Iam semel typo expressus, negotio facili recudi poterit. Improbum & pertinacem debui adhibere laborem; lamina, quas vides, æri insculpere; novos characteres apicibus ornatos plumbo fundere; magnam argenti vim profundere, ne hic primus meus periret Calamus. Si Tibi profui, mihi aggratulor iam enim adeptus præmium sum, quod optaram.

P R O D R O M V S
M E T A M E T R I C V S.

*Qui Latium septem potuisti Idioma doceri
Vix annis, iam illud discere mense potes.*



POMON, *Cursum* appellant Græci ΠΡΟΔΡΟΜΟΝ
Præcurforem: vnde & hic Proæmialis Tractatus *Pro-*
dromus Metametricus debebit dici, quod Metametri-
cam necessariò præcedat. Erit brevis, nec aliter
corresponderet nomini; nam *Cursores*, non præ-
current, nisi esse veloces, & festini contendant.

Diuidam illum in duas partes: in prima succin-
ctas linguæ Hispanicæ, & Italicæ (nam Hispanus
sum, & in Italiâ hæc edo) Institutiones præmit-
tam. In secundâ Latinas quanta breuitate potero
elucidabo. Sed quo fructu, maternæ Linguæ te do-
cebo Grammaticam, cum tu doceri Latinam deside-
ras? Attende.

Improbo hodie labore Institutores tradunt linguam
Latinam (tribus, aut quatuor annis Hispani: sex,
vel octo Germani) at Græcam multò facilius, citiùs, clariùs. Ista dum essem Auditor
Madriti, duobus, vel tribus Mensibus tradebatur. Et cur quæso adolescens annos tres in
adquirenda Latina Grammaticâ infumit: & in Græca tres menses? Quia priùs addiscit La-
tinam, Græcam postea: nam si priùs vellet Græcam acquirere, deberet proculdubiò tres,
vel quatuor annos in ea infumere, & in Latinâ paucos menses. Stat igitur [*& hoc notari*
volo bene.] eum, qui vnâ scit Grammaticam, posse aliam quamcumque facillimo negotio
addiscere. Expertus loquor; & summas Institutori primo meo gratias ago, quòd me Ma-
terni Idiomatis Artem accuratè docuerit, priusquàm rudimenta Latina. Iudico igitur pue-
rum, antequam linguam peregrinam addiscat, Vernaculam fore docendum, vt quam cum
lacte suxerit, arte sciat. Nulla est omninò lingua, cui non sint partes Orationis octo, *Nomen*,
Pronomen, *Verbum*, *Participium*, *Præpositio*, *Aduerbium*, *interiectio*, & *Coniunctio*. Nam cum
Græci Articulum addunt, non nouam Orationis partem, sed Pronominis speciem peculiarem
producunt; & cum Hebræi ad *Nomen*, *Verbum*, & *Millam* omnes partes Orationis redu-
cunt, *Millæ* nomine omnes indeclinabiles voces comprehendunt.

Docendus igitur primò puer est Linguam Maternam, & in ipsâ instruendus, vt sciat singu-
las Orationis partes internoscere, distinguereque. Docebitur etiam declinare, *Adiectiua*
substantiuis adnectere: Verba variare per modos, tempora, & personas; quia omnia hæc
omnibus sunt Linguis totius mundi communia.

Pone mihi Puellum Hispanicum, vel Italum tradi; & vt cum ab ipsis primis rudimentis
erudiam, sic incipio.

L Arte perficiona a la naturaleza (Angel mio) y asi lo que sabes sin arte, es menester fundarlo bien, para profeguir a delante. Dos facultades son las que ya sabes, y esas mismas, las que quiero perfeionar esta semana, para que concida la Orthographia, y Grammatica de la lengua Española, facilmente puedas aprender la Latina.

L'Arte riduce à perfettione la natura (Figlio mio) e perciò bisogna fondar bene tutto quello, che fai senz' arte per poter passar auanti. Due facultà sono quelle, che già fai, e queste medesime voglio questa settimana ridurre à perfettione, accioche, conosciuta l'Orthografia, e Grammatica della lingua Italiana, possi facilmente imparare la Latina.

ORTHOGRAPHIA.

ORTHOGRAPHIA.

L A S Letras de que usamos son estas, A, B, C, D, E, F, G, H, I, j, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, VV, X, Y, Z. Sus nombres: A, Be, Ce, De, E, Efe, Ge, Hache, I vocal, Ijota, Ka, Elc, Eme, Ene, O, Pe, Quu, Erc, Efe, Te, V, VV, Equis,

L E lettere delle quali si seruiamo, sono A, B, C, D, E, F, G, H, I, j, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, VV, X, Y, Z. Gli suoi nomi A, Be, Ce, De, E, Efa, Ge, Hache, I, vocale, jota, Ka, El, Em, En, O, Pe, Quu, Erra, Efa, Te, V, VV, Ixa, Y, Zeta.

otro orden I E O V A, que segun los Hebreos es nombre ineffable de Dios. La K, y la VV, no entran en dicion Española: pero tienen dellas necesidad, para explicar algunos nombres propios Alemanes, los que escriben historias. El Y, es caracter superfluo, y muchos no le admiten en nuestro Abecedario; otros usan del, y le ponen ya por vocal, y ya por consonante.

Trà di queste sono vocali A, E, I, O, V, ò con altro ordine I E O V A, che appresso gli Hebrei significano i mirabile nome di Dio. La lettera K, e la VV. non entrano in niuna parola Italiana, però sono necessarie à quelli, che scriuono Historie: per poter tal volta espimere alcuni nomi proprij Alemanni. L' Y, è vn carattere superfluo, e molti non l'ammettono nel nostro Abecedario; Altri se ne seruono hor per vocale, & hor per consonante.

Las consonantes se diuiden en semiuocales y mudas. Los nombres destas empiezan por vocal, y los de aquellas no. Son pues mudas B, C, D, G, K, P, Qu, T. y semiuocales F, L, M, N, R, S. pero las liquidas, son, L, y R.

Le consonanti si diuidono in semiuocali, e mute. Gli nomi di queste cominciano per vocale, e di quelle no. Sono dunque mute B, C, D, G, K, P, Qu, T. semiuocali F, L, M, N, R, S, le liquide sono, L, & R.

Es menester, que la pluma se ajuste con la lengua quanto fuere posible, y no es malo tener cuenta con la deriuation de los vocablos.

Bisogna, che la penna s'aggiusti con la lingua quanto sia possibile, e non è fuor di proposito l'hauer sempre riguardo alla deriuatione delli voocaboli.

De lo dicho consta como se ha de definir la Orthographia. Decimos, que es Arte de escribir, o Modo de escribir bien.

Dalle cose sopradette consta come si deue definire l'Orthographia, Diciamo, che è Arte di scriuere, ouero Modo di scriuer bene.

GRAMMATICA.

GRAMMATICA.

E L Arte de hablar, o El Modo de hablar bien, asi se llama: y para conseguir su fin. nos enseña, que las partes de la Oracion son ocho; Nombre, Pronombre, Verbo, Participio, Preposicion, Aduerbio, Interjeccion, y Conjunction.

L'Arte di parlare, ouero il modo di ben parlare, così si chiama: e per conseguir il suo fine c'insegna, che le parti dell'Oratione sono otto: Nome, Pronome, Verbo, Participio, Preposizione, Aduerbio, Interiectione, e Coniuntione.

El Nombre es el que haze, o padesce: El verbo denota la misma accion: y asi quando decimos, Pedro y Iuan corren, Pedro, y Iuan son nombres; y el correr es verbo. Nombre Substantiuo es el, que significa la misma cosa. Adjetiuo el que la significa determinada a alguna circunstancia

Il Nome è quello, che fa, e patisce; il Verbo dinota la medesima attione; e così quando diciamo Pietro, e Giouanni corrono; Pietro, e Giouanni sono nomi, e il correre è verbo. Nome substantiuo è quello, che significa la medesima cosa; Adiettiuo è quello, che la si-

como Hombre blanco; porq en esta connexion des vocablos, el Hombre es Substantiuo, y el blanco Adiectiuo. El Nombre Proprio se distingue del Appellatiuo, en que aquellos particular de vna persona, como Pedro Philipp Ferdinando, y este conuienea muchos, como Hombre, Angel Caballo.

Et merito. Nam libri dicuntur, quasi liberi; nec, si deformes sint, carpi possunt; Eorum enim conformatio, & natiuitas, pependit ab alius ingenio. In parentem igitur criminatio deuoluitur; qui, si noluit fœtum exornare Charitibus, fuit inuidus; si nescijt, impotens; & se potius continere debebat, quam montium instar parturire. In me igitur vertantur tela omnia, Liberque à dentibus Inuidiæ liber, tandem aliquando in lucem prodire sinatur. Sed quia illa non modò est cœca, sed & surda, & Parentis negligentias, aut culpas vindicabit in sobole, ideò ad librum orationem conuertam; &, vt se, si inuadatur, propugnet. Monitis nonnullis armabo. Sit igitur Proœmij huius

A R T I C V L V S I.

Ad Librum.

II.



ERGO, qui tanto tempore, vt conformareris, prius in mente Parentis, deinde in ceris, aut etiam palimpsestis hæsiisti, ne festines obsecro, sed quem Authorem, etiam, Instructorem patiaris. Cum primum prodeas, à Grammatico, vulgo legèris: O quàm

multum, paucis verbis complexus sum! Sanè sub infauis sideribus, lucis es horizontem ingressus; habuisse Martem in octaua, & Saturnum in nona videris: ille enim in ipsa natiuitate insidias apparat, iste in itinere, ne incolumis ad manus Amicorum peruenias: licet enim sydera non habeant vires, vt tuam gloriam impediunt, si armentur Lectorum inuidia, sunt fortissima, & Elementa Scholastici Mundi perturbant. Quid vitro fragilius, vilius-ve? & tamen Sol, Planeta innocens, astrum propitium, & beneficum, si armetur vitro, metalla solidissima liquat, & vegetatiui ordinis Maiestatem comburit. Lux Soli est similis: est pulcherrima qualitas, ac insici solet à medio. In lucem prodis, sed obsessam Grammaticorum insolentiã, & inuidiã; ergo tibi prospice, & caue; nam, vt scitè dixit Laurentius Valla, *inter Animalia à Deo condita, Grammatico superbius nullum.* Ne igitur te concredas Abecedariorum Magistrorum censuræ, si enim elati sunt, nil humilitate proficies. Cognosce probè improbitatem singulorum; & ne aliquando elegantiam verborum, si fortè rhetoricantur, incautè hallucineris, conuerte ad hanc Tabulam oculos, in qua D. Franciscus Borgias, Squilachus Princeps, [cuius numeris, vt Te instituiam, pluries vsurus sum] vnumquemque depinxit. Sic ait.

*Con vn poco de Latin**Vn Grammatico atreuido,**De si presume que à fido**Punto menos, que Agustín.**Y que es su ignorancia el fin,**Donde toda Ciencia cabe,**Y que el mas docto le alabe**Por lo que razona y muestra**Su Latin, llave maestra**Para entrar donde no sabe.*

Grammaticus est superbius, & audax: modo quatuor lineas Latinas sciat, omnia audet, & confidenter fert de rebus igitotus sententiam.

Ergo, vt Te à Grammaticorum dente, & felle propriam, vt ar altis Nominibus, quæ contra pericula omnia Mundi præualere dicuntur: & Te vocabo METAMETRICVM, vt licet plura stigmata habeas, quàm Lazarus, inter te, & Grammaticos, epulones auaros, chaos maximum firmatum sit; vt, nec illi te aggredi, nec deprimi ad illos tu possis.

Placeant aliis Græcæ linguæ flauissæ, dicantque Tibi à *μῆτρα ὑλῆρα*, & *μῆτρον ὑψῆρον* versum grande nomen imponi: non contraeo. At hodie, quia cum Latinis differo, *Metametrika* mihi erit *Meta Metrika*, vt liber ab his sis, qui in humaniori Disciplina ad Metam peruenire non possunt.

At dices, Te non esse in sublimi securum nam poteris eminens impetiri; licet enim Ardea alrum renigio nubes pectat, & Auiceps terram pede incerto fatiget, triumphum hic occinit, iuxta notum Axioma.

Fistula dulce canit volucrum cum conficit Auiceps

A te sto: bene mones. Grammatici ergo Aucupio examinemus pharetram, & singulas sagittas discutiamus.

Prima styli inæqualitatem criminatur. Serpens attollitur; languet, luxuriat; stipem postulat, copias cornu liberali profundit, tantâ inconstantiã, vt liber videatur non fuisse scriptus vno calamo.

Fateor: plures attemperavi, vt hunc librum scriberem: iuuenis, senex; æger, sanus; otio indulgens, negotiis obrutus; aliquando diligenter attendens, aliquando inuitus, aut spontè distractus; & vt liberè dicam,

*Rheda, Camelus, Equus, tunc me iuere meantem: at**Nunc licet ire rota, nunc libet ire rate.*

Quam ob rem, si seueri Censores

*Encontraren versos mozos,**Y mucha desigualdad,**Los que escribi en mas edad**Les seruiran de rebozos:**Y seran pocos los trozos,**En que puede hauer exceso;**Que reconosco y confieso,**Que entonces naturaleza**Obrava con azudeza,**Si despues obrò con seso.*

Quod, si aliquis, profluentem grandius voluerit cum humili phrasi componere, Te non tanget; in quo, nec stilius altior, nec depressior à consilio se insinuat: mediam enim elegi viam, quæ, nec esset fracta, nec ardua, sed explicandæ nouæ scientiæ, & legibus ferendis commodior; criminor enim Regum Tabulas, quæ absente Commentatore silent. Hanc ob rem

*A manos de muchos vais**Rasgos míos sin defensa,**Y su etas à la ofensa**De quien menos la esperais:**Y si en tal peligro estais,**Iniustamente me animan,**Los que piden, que os impriman;**Pues quando luzir pretenden,**Si escuros son, no se entienden,**Y si claros, no se estiman.*

Et, quia non volo, ita cultus videri, vt & occultus sim; nec, ita clarus, vt nil ignotum occultumque in medium protulisse dicar,

*Sigo vn medio en la jornada,**Y de mi estylo despido**O palabras de ruido,**O llaneza demasada:**Y escuridad afectada**Es camino de ataxar,**No saberse declarar.**Y asi te quiero aduertir,**Que estudiè para escribir,**No escribi para estudiar.*

Si vocabulorum non sit transpositio continua, metuebuntur Reges, & Principes, qui mechanicè aut rustico viro grauius, & modestiùs ornantur.

A limi-

In carminibus non let esse æqualitas.

Subtilius, & acutius illa à iuvene, prudèntius conduntur à sen.

A quibus minus putati scriptores aliquando impetuntur.

Stylus, si est obscuro non intelligitur; & est clarus, contemnitur. Qualis igitur erit, vt placeat?

Stylus inter superbum & humilem mediū scientijs tradendis optissimus.

Studui, vt scriberem non vero, vt studerem scripsi.

A limine ad metam Operis de transpositione vocum ago ; & , si hoc ipsum transposito stylo ediffererem , rebus nouis obscurisque lucem impertirer , aut nullam , aut crepusculinam ; nec addisceret Lector , quâ deberet arte , vel methodo in tantâ Labyrinthorum varietate vocabula concinnè transponere ; nam , si vocum fulgura medullitus eximenter .

No es sentencia , si es escura :

Porque en darla lustre y ser ,

Colocar , no trasponer ,

Es verdadera cultura :

Y es noche sin la hermosura

De la luz de la mañana

T asi no sigue profana .

Mi Thalia muera feta ,

Porque siempre fue Poeta

De la Escuela Castellana .

Periodus , si obscura , non debet vocari sententia .

Collocari voces debent , non transponi .
Nostra Musa non sequitur nouam Callorum hæresim , quæ obæsturitate delectatur .

Quod ipsum sectata est etiam in Latinis Carminibus acutissima Martialis Musa , in cuius subtilissimis numeris acumina , & phrasès Hispanorum relucunt ; quod ipse non modo fatetur , sed sibi gloriosum existimat .

Hæc fortè sufficiunt (Liber mi) vt contra Inuidios , & Aemulos tuam sinceritatem propugnes : at post omnes agones suos , Hercules debuit pati ab amicis , quos ego interdum magis timco , quam hostes . Hi , si indocti , dum conceptum non capiunt , contemnere solent , quæ intelligunt ; & illa solum modò laudare , quæ non penetrant . Et ideo orarem instantissimè , vt Amicus indoctus à tua protectione desisteret .

Porque el en vano contiende ,

Pues quando mas se fatiga ,

Lo que al discreto le obliga ,

Al ignorante le offende .

Mas como todo se vende ,

No se igualan los aprecios ,

Que ay a diferentes precios ,

Como se fuesen vestidos ,

Dedalos para entendidos ,

Icaros para los necios .

Et quidem , vel doctissimus Liber , Icarus est , si sub vmbra indocti Meccenatis proueniat . Singularem vult , dilucidare , & illustrare ; & plus nocet tuendo , quam hostis inuadendo faceret ; nam

In necio Comentador

(El mas presumido digo)

Es el mayor enemigo ,

Que tener puede vn Author ;

Es de su ingenio el primor .

Vender lo que dize , caro ;

En carecer su reparo ;

Ostentar gran variedad ;

Huir la difficult ad ;

Y hazer escuro , lo claro .

Animos Tibi volebam addere , Liber mi , & vt vitæ , terrorem , & horrorem incussi . Vt ab inimicis , vt ab amicis caueas iussi ; qui ergo supersunt , à quibus speres applausum ? Etiam , qui loquuntur clarissimè interdum non intelliguntur . Id mihi hodie accidit , non enim , vt caueas ab amicis præcipio , sed ab indoctis . At , dices , Viri docti , & amici erunt pauci . Quid inde ? modo doctis , vel paucis placeas , indoctis infinitis displiceas ,

Inferissimus Scriptoris hostis est Commentator imperitus .

Scholia laudat , textum capit , aut corrigit : questionem nõ ingreditur , & conclusiones claras ineptis Notarum obnubilat .

Porque los Libros censuran

Oy muchos cuerdos y locos ,

Los que juzgan , son los pocos ;

Los muchos , los que murmuran .

Si lastimarnos procuran

Los muchos , estad contento ;

Porque a nuestro lucimiento

Tanto importa os menoscabe

Censura de los indoctos ,

Como que la de los doctos

Os engrandesca y alabe .

Mendacastichon

De libris iudicare potest doctus ; indocti murmurare tantummodo .

Acque Authori docti laudando , & indocti murmurando profunt .

Duæ aq̄ requiruntur , vt Aquila supra pennas ventorum se subrigat : sinistra , dextera : nec altera potius , quam altera : si enim sinistrâ careret , eaderet , nam dextera non posset sufficere . Fama est Aquila Mystica , & volando Viros doctos exaltat : duabus alis est prædita , Eruditorum dexterâ approbatione , & sinistrâ indoctorum censurâ . Acquæ indiget altera , & altera : ruit enim , vbi applausus non concitatur ab inuidiâ ; quod adfirmant Exemplâ , quæ , quia sunt quotidiana , & nota singulis , recenseri non debent .

Hac Ego præuentus notitiâ , omnibus placere non volui ; scio enim lucem esse optimam , & tamen agi ream in Nycticoracis tribunalis . Volui doctis : & , quia pauci sunt isti , volui paucis : & , si in aliqua regione sit vnicus , ille mihi Theatrum frequens , & numerosum est . Igitur (Liber mi) vestigijs tui Parentis insiste , contentus paucorum , aut etiam vnus , aut alterius applausu : nam , si loqui permittatur sinceritas ,

El que sabe , estimará ,

Si algún estudio teneis ;

A mas gloria no aspireis ,

Ni mas el tiempo os dará :

Quien defenderos podrá ,

Sera quando mas , alguno ;

Y si es docto , basta vno ,

Que en las Reglas y los Modos ,

Querer contentar à todos ,

Es no agradar à ninguno .

Docti sciunt , quid debeat magni fieri .

Si vnus doctus librum approbet , sufficit .

Qui vult placere singulis , omnibus displicebit .

Hæc (Liber mi) de studio , & ealamo Authoris tui insinuasse sufficiat : at scrupulus superest , qui interdum pupugit Lectoris Eruditi candorem . Dicere posset aliquis , Cornix in Generalibus Comitibus Animum , plumis alienis exornata comparuit ; & plagij appellata , & conuicta , fuit summo imperio ad restitutionem coacta : & alienâ exuta pulchritudine , nuda , & turpis remansit . An idem euenire Tibi poterit (Liber mi) in quo vix est Veteris , aut Innioris Poætæ pluma , quæ non conducatur ornatum . Si semel cogeris ad restitutionem , nudus eris : manebunt in Te solum antiquæ gloriæ parietinæ , & vituacis Magisterij cadaver . Cur hoc negem ? Alienis te illustrari conceptibus , alienis te ditavi carminibus , plumis alienis te exornavi : at hoc sine iniuria alicuius . Quidquid alius est in Te suum Authorem cognoscit , nec linea est , quæ suo Euclidi negetur . Imò in Te gloriosius sunt carmina aliena , quam in Fontibus ipsiis , vnde fuerunt extracta . Ibi enim laude digna sunt , hic laudata : ibi gloriam merentur , hic habent : semper enim Authores cum elogio citantur : Et est non parua eruditionis pars , proprij animi Ideas , Iuniorum , Veterumque Poetarum numeris dilucidare .

Interlegit, quàm intelligit verius, Veterum Philosophorum monumenta Aristoteles, vt eruat, aut conformet sententias, quas improbet; nec tamen arrogantis Hominis ingeniosa æmulatio, & erudita inuidia laude carent; ergo potiori iure commendandus occurrit Neposianus, qui ex Patribus colligebat Flores, quos ad sertum reduceret, quo singulorum ingenia coronaret. Audi Hieronymum. *Quid cuius esset, simpliciter confitebatur: atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud aiebat Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, istud Hilary est, &c.* Et, quia Neposiani Tunc sinceritatem, & humilitatem sectaris, tunc meritò damnari poteris, cum Censura Hieronymi improba, & iniusta dicatur. Nil tibi alienum arrogas; sed illud esse Homeri, istud Virgilij, hoc Ouidij, &c. candidè, & ingenuè fateris; & quando plagij crimen vitas, alios non paucos toleras, qui me conscio, vel inscio, meas speculationes ediderunt. Filius es, ergo, & hæres: ergo, quia restitutionis lex singulos obligat, amissas opes, quibus locupletari poteras, Te aliquando obtenturum spera; Ego enim

Hare, que en Censura tanta

Viuos y muertos se absueluan;

Y mucho verso me vucluan,

Que en nombre ageno se canta;

Y si la Semana santa

A quien robò, quita el Sueño,

Y en lo grande y lo pequeño

Obliga à restitution,

Tambien harà la Impression

Voluer lo hurtado à su dueño.

Liber igitur mi; plenus spe, timoris exors, in publicam lucem egredere: et quia, vt superuoles: duabus alis, dexterâ et sinistrâ, opus est; ad vtramque paratus, grato animo, quorumcumque Lectorum censuram dexteram et sinistram expecta.

ARTICVLVS II.

De Labyrinthis.

§ III.



VM ingruit difficultas, & se periculo imminente obijcere iubetur Hispanus, reclamat prudenter, & ait: *Y quien à mi me mece en Laberintos?* Et quidem ego, magno Dei benificio, in Hispania sum natus, & hoc ipsum, tunc debuissem reponere, cum nescio quis Genius, adhuc puero suggestit, vt Mæandros Metricos, & Poeticas Ambages conformarem. At incautus,

Ingenio fretus tenui, vestigia filo

Cæca regens,

me commisi periculo, si fortè Monstra latentia superarem. Passus sum in ipsa tellure procellas; quas tamen malacia superveniente vici: & applausu Amicorum audentior, Dædalum ad Parnassium conduxì, Mæandrumque in Aganippen derivauì.

Et quasi non sufficeret Theseo, semel inextricabilem errorem illusisse, vt periclitarer pluries, vt pluries in discrimen traherer, Artem composui, que Labyrinthorum Metricorum Poeticam exponeret Architecturam. Occæpi primas lineas ducere anno ætatis decimo: & in Certaminibus nonnullis Iudicium fauorem sentiscens, Schedas in librum compegi, & calamo Hispano illustravi. Sumpsit in se, & laminas cupreas sculpendi, & librum edendi, curam Ioannes Cnobartius, Antuerpiensis Typographus anno 1636. sed morte præuentus, voto respondere non potuit. Redijt Liber ad me, & in angulo iacuit multis annis; quousque tandem nouis superuenientibus Speculationibus illum auxili, & vt prodesse posset omnibus, transtuli in Idioma Latinum. De Labyrinthis totus est; & vt in offenso pede percurratur, debet in ipso limine doceri Lector, quæ fuerint illa Orbis miracula, quæ etiamnum vocamus *Labyrinthos*? Attende.

Locum ambagibus Mæandris, & erroribus plenum veteres dixerunt *λαβύρινθον* locum nempe subterraneum, obscurum: in quem facili te negotio ingeras, difficulter expedias; vnde Catullus

Ne labyrinthais flexibus egredientem

Telli frustraretur inobseruabilis error.

Formari posset rectis lineis, at Artifices vsi fuerunt obliquis, vt esset mirabilior, & pulchrior. Ouidius in quadam epistola.

Curua mea fugit tecta sororis ope. Et alibi

Quàm tibi, nec victus tecto moriere recuruo.

Labyrinthi celebres, vt inglorios, minusque notosileam, fuerunt quatuor; Aegyptius, Creticus, Lemnius, Italicus. Omnium antiquissimus, Aegyptius fuit; in nomo Hieracleopolite erectus; ad quem videndum è tota Asia accurrebant Artifices: tanta enim arte ædificatus fuerat, vt multum adiscerent illum speculando, & meditando. Creticus vix erat pars centesima illius: at ipso ingeniosus descriptus, & politius elaboratus: nempe à Dædalo Minoe Rege imperante. Formatus dicitur, vt Minotaurus, qui Atheniensium nutriendus erat filius, stabularetur. Hunc Theseus occidit, qui filio ab Ariadne recepto cæca regens vestigiis ad lucem redijt. Lemnius centum & quinquaginta pulcherrimis columnis ornatus laudem meruit. Tandem Italicus à Porsena Hetruscorum Rege, in sepulchrum erectus: vt, qui aliunde mortalis erat, à tumulo nancisceretur famæ, & nominis immortalitatem. Sed quo fructu hæc sumptuosa ædificia à Regibus constructa sunt? Respondet Plinius lib. 36. cap. 13. *Vesanam fuisse demeritam, quæcere gloriam impendens nemini profuturis: & pignora regni vires, cum tamen laus maior artificis esset.*

Architectos sunt imitati Rhetores, & orationem vehementer implicatam, & inextricabilem *Labyrinthon* appellant. Sequuti sunt Poetæ, & Musici, qui numeris metricis, & sonoris multo formarunt labyrinthos. Artem hanc, quam veteres Musæ non docent, quam nescit antiquus Parnassus, vltra Parnassium, & Scientiâ Metricam reperi, & ideo *Metametricam* vocari volui; & quæ est ditissima, & copiosissima, per vltiora temporum distributam Apollinibus diuersis consecraui. Vnde tantum venerati sunt Vcteres; at nos in vltioribus Ejisjs, triginta, vel plures inuenimus, omnes con-

conceptuum diuites, omnes ingeniosos, & doctos. Singuli fontes suos, singuli Musas, & Genios habent. Iuxta varietatem materiæ distinguuntur, multiplicanturque: & mille modis currunt, recurrunt; labuntur, volitant, circumgyrantur. De singulis scribemus inferius: modo Artem totam ad breuē Synopsim reducamus; & Apollines enumeremus, vt Lector sciat, quales debeat à singulis influxus, & Ideas impetrare. Sit ergo

ARTICVLVS III.

De Operis diuisione, & singulorum Membrorum argumentis.

IV.



PECVLATIONES alij suas in Tomos, Volumina, Libros, Capita, Sectiones, Membra, Partes, Articulos-ve diuidant, & subdividant: materia est libera, in qua ratio ab arbitrio dependet. Ego Puer Librum hunc in Apollines, & hos in Musas subdivisi, indulgens teneræ ætatis genio: Cur modo aliter, cum non sit animus nouum librum condere, sed antiquum augere? Mancat igitur antiqua diuisio, & per Apollines & Musas (hoc est per Capita, & illorum Sectiones) procedamus: & sistendo initium ab initio, quid in singulis tractatur, explicemus.



Rostat in ipso Orbis Metametrici limine, in ipso Palatii ceterioris vestibulo, in ipsomet systematis artificiosi horoscopo.

1. APOLLO RHYTHMICVS, cui primum ideò locum deferimus; quod putemus Rhythmos Carminibus esse antiquiores, quod ipsum duæ rationes euincunt; altera ab imperfectione, altera ab vniuersalitate desumpta. Sic discuro. Ab imperfectioribus & facilioribus incepit Eruditio: at Rhythmi minori arte, adeòque faciliùs & citiùs componuntur, quam carmina: prisci ergo homines, antequam hæc pangerent, Rhythmis delectabantur. [Hunc discursum sic munio:] Omnes gentes & populi pangunt Rhythmos, Carmina Græci soli & Latini: Rhythmi igitur Carminibus sunt antiquiores: tum, quia multæ gentes Græca & Latina sunt seniores; tum, quia vulgus naturam sequitur, & quæ ab omnibus fiunt, videntur à naturâ intillari. [Duabus istis rationibus subscribo tertiam, quæ tamen non nisi Viro docto edicitur. Sic inquam:] Fictione, mendacio, & falsa positione quacumque senior & antiquior est veritas: at Rhythmi à pronuntiationis veritate & sinceritate dependent, Metra verò à falsa suppositione: ergo hæc recentiora sunt illis. Exornantur præmissæ: quidquid enim de syllabarum numero & accentu dicunt Rhythmorum Conditores, est verum; & pleræque, quæ dicunt Metrorum Factores, non sunt vera, sed iubentur supponi: quod alibi vberius,

nunc breuissimè ostendo. sanè in hoc Disticho Rhythmico.

*Casta, pudica, & inter doctas bella
Est Agnes, terræ flos, & cali stella.*

dicitur vterque versus habere apud Grammaticos vndecim syllabas, & decem apud Rhythmographos, qui sequentes vltimum accentum, contemnunt: vterque desinere in *Ella* consonare inter se: &c. quæ sunt vera. At in hoc hemistichio,

Arma virumque cano; &c.

vix est syllaba, cuius quantitatem ab Arte adscriptam auris probet. considera versus sequentem,

Concha, cannaque clamo, &c.

Et aure iudice differentiam ad signa. Nulla erit sensibilis, at magna nihilominus intelligibilis, quia sic supponi voluere Veteres, quorum hypotheses, & falsas positiones Græci, Latini, & vix alij sequuntur Rhythmicum igitur primo loco ponemus.



Vnc ipsum opulentiùs instructus pulchriùsque decoratus & exornatus sequitur.

II. APOLLO METRICVS, & ipse de syllabarum quantitate differit, & omnia carminum genera ad regulas & leges reducit. Huc pertinent Musæ Polymetricæ, quæ vnum & eandem versus in Eloquentiæ labyrinthis redimiunt duplici filo. Huc fugaces, huc Metrometricæ, huc Leoninæ, huc etiam Peregriinæ, & aliæ; de quarum genio & arte agere paucis nolo, & multis non possum. Possè confici versus polymetros vno aut altero exemplo demonstrabo. Apices sequentes considera.

Refua Teihys ouat: patria lingua canit

|— u u |— u u |— ||— u u |— u u |— ||
est Pentameter, qui in senarium Iambicum transire potest si tantum apices aut spiritus alterare velimus dicendo.

Refua Thetis ouat: patria lingua canit

| u u u | u u u |— |— |— |— |— |— |—
Huic similis est ille Pentameter,

Voluit honos gelidæ Teihydos ora Dea

|— u u |— u u |— ||— u u |— u u |— ||
qui, cum volueris transibit in senarium sequentem.

Voluit honos gelidæ Thetidors ora Dea

| u u u | u u |— |— |— |— |— |— |—
& hæc in specimen produxisse sufficiat.



T V. & I. sunt literæ inter Consonas & Vocales mediæ & interdum ad illas, interdum ad istas spectant; sic sunt vocales aliqua inter correptas & productas mediæ, de quarum quantitate, aut non constat, aut esse ancipites illustrium Poetarum testimonio probatur. Sunt maximè necessariæ, vt conciantur Labyrinthi: additur igitur, vt istæ meliùs cognoscantur, & distinguantur,

III. APOLLO AMBIGVVS, qui de syllabis disputat, quæ mensura determinata carent. Tales sunt, quæ nec sunt determinatè breues, nec determinatè longæ, & ideò indifferentes vocantur. Debui multas congerere, quia in artificiosis carminibus, recuribus-ve, muratur multarum syllabarum quantitas, & ideò Metametra habere in promptu debet voces, quæ habeant syllabas indifferentes, vt eiusmodi transforma-

formationes exhibeant. Vnum Carmen retrocurrentem in exemplum produco. Sic gradior:

Agros Aprilis pinxit, concepit ut imbrem.

Sic regredior.

Imbrem ut concepit, pinxit Aprilis agros.

& obseruo voces *Agros*, & *Aprilis* in fluxu habuisse primas longas, & in refluxu breues. Metametricus ergo Poeta numerosis copiis syllabarum indifferentium indiget, quos Anceps hic Apollo dabit.



Ed & Poeta altioribus Musis studens, multis paribus vocibus indiget, vt Labyrinthos suos excogiter, aut carmina varium pegma intextentia conficiat. Sed quis illas?

IV. APOLLO SYLVESTER subministrabit. Et quidem Virgilius Metametricus eiusmodi dictionibus non poterit vlllo modo carere; omnes enim parodiae, & praecipui carminum succurrentium contextus postulant dictionum similitudinem & paritatem.



Arminum singulorum primae literae solent aliquid significare; solent & vltimae: & tunc ab *αρεος*, quod est, *extimus*, & *ερχος* versus ars eiusmodi versus conficiendi nominatur *Acrostichis*, & ipsimet versus *Acrostichi*. Sed quia interdum Poetae per medium versus transeunt, addi debuit *Mesostichis*, quae *Mesostichos* conderet. Huic Parnasso praesidet.

V. APOLLO ACROSTICHVS; cui

VI. APOLIO MISOSTICHVS affinis & cognatus est. Hic vltimus recte & oblique ascendit, volat, irruit, vt suo loco ostendemus.



T versus integros, sic dictiones singulas possumus & solemus considerare: puta, si iubeamus, vt singularum dictionum initiales concurrant: nam si ad te hoc Hexametrum miserim,

Viuimus Emepyreo nos in hoc vertice chari.

colliget singularum vocum primas literas.

VII. APOLLO PAROMOEVS, & sibi indicet, *Veni huc*. Potuisset colligere secundas, tertias, quartas, &c. Sed de hoc vberius in Steganographicis. Huc pertinent omnia illa carmina, quae postulant, vt omnes omnino dictiones, aut in eodem versu, aut in toto Poemate incipiant ab eadem litera, vt illud,


*Blanda, benigna, beans, benedicta, Bononia, blandis
Bentinolis benedico bonis bonitate beandis.*

Multa id genus apud veteres reperiuntur carmina, quae suo loco ponentur.



Vltimum Caesarem Scaligerum fuisse Logogriphorum inuentorem multi existimant: at eorundem conditio est antiqua, licet neglecta a posteris, & nostrorum parentum aetate a solo Scaligero culta. Addetur igitur

VIII. APOLLO LOGOGRIPHICVS, qui verborum monstra, & varios conceptus ingeniose explicabit.



Literae significant numeros; & in occultis tabulis duo officia habent, nam Grammaticae & Arithmeticae simul subserviunt. Pono exemplum. Comes de Lossèstain amicus & vicinus

noster, obiit anno MDCLIII. & inscriptum fuit tumulo

[FINIT COMES DE LOSSÈSTAIN]

quibus literis res & annus MDCLIII. describitur. Sanè, quo haec inscriptiones modo fiant, exponet.

IX. APOLLO ARITHMETICVS, in quo multos modos, numeros significandi, aut etiam occultandi dabimus.



Go quidem in vna & eadem superficie motus varios considero. Fluunt Carmina, & dicuntur *Directa*: restuunt, & vocantur *Retrograda*: fulmina naturalia in preceps ruunt: artificialia euolant; &, vt eiusmodi carminum motus ediffererent, prodeunt.

X. APOLLO FLVENS.

XI. APOLLO REFLVENS.

XII. APOLLO VOLANS.


XIII. APOLLO RVENS.

qui versus promoucant, retrahant, extollant, supprimant. Huc spectant *Sagittae Metricae*, *Cancrici*, *Phyroboli*, *Fulmina*, & *Meteora*, quae in aethere Parnassi formantur: Eiusdem est Oceani fluxus, refluxusque, & quia idem in Parnasso contingit, reciprocationem hanc sub vno Metametrico Numinis formari iussimus, quod

(11) APOLLO RETROGRADVS denominabatur.


Sicut fluxus refluxusque eidem causae accensetur, sic etiam adscensus & descensus: poterit. Ergo *Parnassus volans* cum *Labante* & *Ruente* coincidere, & Deitatis Poeticae, cui nomen

(13) APOLLO FVLMINANS iurisdictioni consecrari: quoniam non omnia fulmina exploduntur deorsum, multa enim in sublime pelluntur.



E grauitatis Centro Philosophos disputare permittimus: ad illud, & ab illo mouentur *Grania* & *Leuia*. Anno Metametrici spiritus grauitatis & leuitatis sunt capaces? sunt quidem: vnde prodit.

XIV. APOLIO CENTRICVS qui Tetragonica Pegmata ita conficit, vt a centro, aut etiam in centrum legantur. Sed & hunc vtiliore consilio, poteris ad Quadrangularem reducere.



Ræter quadratam aream multas alias figuras exhibet Geometria, omnesque vtilis carminibus attemperandis. Hanc ob rem additus fuit

XV. APOLLO MVLTIFORMIS.

Huc tota potest exonerare Geometria: & quia eius notiores & perfectiores figurae sunt *τετράγωνος*, *πεντάγωνος*, *ἑξάγωνος*, sanè, &c. possemus condere trium, quatuor, quinque, sex, septem, aut plurium angulorum carmina: imò & nonnulla *πολυγώνια* aliquando construximus. Sed quia cæteris.

XVI. APOLLO QVADRANGVLARIS ditior est, debuimus illi nouum Parnassum aperire, & selectissimas Musas adscribere, quae inter quatuor lineas se motibus diuersis prouocent.



Ineis rectis circulares succurrunt, & per illas promouentes ingenium, Carmina sphaerica formauimus, & consecrauimus cognatis Musis, quarum esset Antistes

XVII. APOLLO CIRCULARIS.

Aget ipse de Cylindro Poetico, de Coelis Castalijs, de Cruce Metrica, de Polycyclijs (Tricyclijs, Tetracyclijs, Pentacyclijs, Hexacyclijs, Heptacyclijs: &c. & edisseret plurima supra cothurnum fororum, quæ huc vsque incoluerunt Parnassum.



celos Artificiales Apollo Circularis construxit, & quasi nouus Promethens cœlesti igne voluit suos Orbes animare. Analogiæ doctrina postulat, vt

XVIII. APOLLO ASTRONOMICVS

illum sequatur; nam cœli circuli imaginarij sunt, qui à Mathematicorum ingenio conformantur. Seruit huic Apollini Vrania; & dat carmina, ex quibus Solis & Lunæ locum in Zodiaco; diem mensē, annumque; & alia valde vtilia noscimus.



Via iste mons est bicollis, vallem habet, quæ inter vtrumque iugum media, cristallos excipit ab vtroque culmine deriuatas. In vallibus franguntur voces, & dum numerosè hinnit

Pegasus, Echo resonat, & fractæ dictiones percipiuntur. Has ad Leges & Regulas

XIX. APOLLO ECHETICVS,

reducit; & condit carmina plurium etiā linguarum: & ne voces refractæ desint, syluam conferit, in qua per areolas & emblemata distributas, plurimas fractas vocum particulas sis inuenturus.



Rdinem seruant literæ in syllaba, syllaba in dictione: dictiones in carmine; carmina in libro: si inuertatur ordo, succedet immensa confusio, nisi hanc ingeniosè euitemus. Ergo addi debet

Ars, quæ literas inuertere doceat; Ars, quæ syllabas; Ars, quæ dictiones; Ars, quæ versus, aut saltem hemistichia deordinando ad sensus alios eruditè, & argutè propellat. Commutationes, quæ exercentur in literis, vocantur *Anagrammata*; quæ in syllabis, *Anasyllaba*; quæ in vocibus eiusdem carminis, dicuntur *Analexita*; & quæ in versibus eiusdem Poematij *Anametrica*. Omnes istæ commutationes in genere vocantur. *Protei*, & distinguuntur materialiter; quoniam alius literarum, alius syllabarum, alius dictionum, & alius est hemistichiorum *Proteus*. His quatuor conformandis & transformandis *Proteis* Genius quadruplex præsidet: nimirum,


XX. APOLLO ANAGRAMMATICVS.

XXI. APOLLO ANASYLLABVS.

XXII. APOLLO ANALEXICVS.

XXIII. APOLLO ANAMETRICVS.

In singulis dabimus multa curiosa & varia, quæ suo loco legentur.



Equantur *Centones*, qui ex diuersis Poetæ alicuius veteris & celebris hemistichijs sarciantur; inuenti à Proba Falconia summis laudibus digna Viragine, fuit enim Sanctissimi P. N. Bene-

dicti Abauia, & Sexti Anicij Petronij vxor. Ab hoc versicolore versuum genere

XXIV. APOLLO CENTONARIVS.

nomen sumpsit. Dormisse videtur annis mille: at iam hodie excitatus, influxum suum multis Viris doctis communicat, qui elegantissimos Centones sarciant.



Lossa à Centone differt; nam in Centone omnes Versus alieni sunt, in Glossa verò ille vnicus, qui stropham claudit. Differt iterum, quia summa in illo, nulla in hac variandi inuenitur libertas. Qui huic generi compositionis præest,

XXV. APOLLO GLOTTOGRAPHVS

dicitur, cuius influxu, & apud Hispanos præcipuè curiosa & ingeniosa carmina conformantur.



ROVAS Hispanus, quas Græcus *Parodias* appellat; quæ si accurate fiant, gratia non carent: earum syntaxi præsidet.

XXVI. APOLLO PARODICVS,

qui legi vult non solum carmina, sed in arena expressas earumdem literarum umbras. Hac arte vtens Hispanorum deuotio, omnia Veterum profana Cantica ad pios sensus reduxit; alij populi diuerso ducti spiritu etiā sacre Paginæ textus in sensus profanos conuertunt.



Vfas delectari Amœbæis testatur tota antiquitas, & inter plurimos priscae eruditionis authores Virgilius, qui *Egl. 3. cecinit, Alternis dicetis, amant alterna Camæno*: & sororibus alternantibus adfistunt eruditi Genij, quibus

XXVII. APOLLO AMOEBÆVS

antecstat: qui multi-genera metra diuersa alternatione modulatur.



D miracula & prodigia subuenio: frustra enim Apollini Poetæ Diuinitatem accenserent, nisi & haberet prodigia patranda artificialem & ingeniosam poetatem. Est ergo.

XXVIII. APOLLO THAVMATVRGVS

Parnassi Metametrici Genius, qui horæ quadrante quamque animum potest tanto exornare lumine, vt Græca, Latina, aut alterius cuiuscumque idiomatis Carmina, de quocumque argumento, eloquenter & argutè componat, quod sine artis stupendo miraculo fieri non potest. Reddit etiā hoc Numen Poeticum, si à curiosis consulatur, Oracula, et futura contingentia prædicit.



Auet *Thaumaturgo* alius genius, qui eius vtitur ingeniosis miraculis, vt literas occultè scribat. De hoc plura Ioannes olim Trithemus, & nuper D. Ioannes d'Espiers, Princeps Lunenburgensis, & alij. Sanè hic vocatur

XXIX. APOLLO STEGANOGRAPHICVS,

et Rhythmis et metris à *Thaumaturgo* inspiratis, et dictatis vtitur, vt occultissimas ciphras componat, quas sine clauis intelligere nequeas.

De Steganographia Opus speciale edidimus Colonia anno 1635. quod recudi curauimus Duaci anno 1643. & ad nouam formam reductum, positum fuit superius suo loco.



Antâ rerum varietate & versuum multitudinem obruti recreare animum desiderantes, Philomusi iubentur Apollinem penitentiorem inuisere; qui illos libenter excipit, & Metricos ludos instituit, vt simul se exercent & recreent. Est igitur.

XXX. APOLLO ORCHESTRES, quidam Iouialis Genus, qui ludendo, Discipulos studiosos erudit; & dum illos exercet talis, tesseras, aleis pictis, chartis &c. singulorum ingenium acuit, perficitque, vt pangant carmina, & facilius, & melius. Est hic Apollo hominibus nostris inuisus, at summè utilis; nam Adolescentes carere ludis nequeunt; & ipse præstat, vt utiliter & doctè concertent, & multum consequuntur boni, si distractionibus alijs exclusis obtineant illâ, quæ simul erudiunt & recreant. Vtor Latinâ lingua in huius Parnasi erectione: aperiamque viam, vt ingeniosus Lector generalem doctrinam ad linguam Hebræam, Græcam, aut aliam qualemcumque transferat.



Ræcedentes Apollines, tametsi nulli idiomati illigati. (sunt enim liberi, & per omnes prouincias & linguas discunt) non tamen aut esse in duobus locis simul, aut vti duabus linguis simul ausi sunt. Hanc ob rem

XXXI. APOLLO POLYGLOTTVS addi debuit: qui vno & eodem tempore residet in diuersis prouincijs, & loquitur linguis diuersis. Debit post Thaumaturgum poni: quoniam hæc prodigia sine miraculo Metrico fieri non possunt: debuit post cæteros, quoniam, quæ vnâ fecerunt lingua, ipse pluribus conficit. Ab eius peregrino influxu Rhythmos & Metra etiam Digglotta, Trigglotta, Tetraglotta, &c. interdum etiam orationem solutam: cum enim diuersis linguis loquitur non semper vult numerum, quantitatemque syllabarum curare.



Quo tandem tendet eruditio, cum non solum Musarum communes & ordinarias vias attriuerit, sed, & eas prætergressa super summa Parnasi culmina fuerit euecta? Ad finem. Est enim, vt vetus Poeta cecinit, *Mors ultima linea rerum*: quoniam Labyrinthi pueri æui nobiliores videntur fuisse opulenta quædam & ingeniosa Mausolea, siue per ambages & mæandros, siue per rectam lineam tendunt in metam metricæ (hoc est in mortem) omnia, quæ tractantur in Metrica. Ouidius ad Liuiam.

Fata manent omnes, omnes expectat auarus

Portitor, & turba vix satis vna ratis.

Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnâ:

Omni sub leges mors vocat atra suas.

Ergo, ne exleges lacrymas in funere fundant Poetæ, & ne elegos inertes marmori & æri inscribant, claudat chorum.

XXXII. APOLLO SEPVLCHRALIS, qui pulchra aliqua Epicedia proponat, quæ possit quicumque imitari.

Hæc sunt, Candide Lector, Metametricæ Artes, quas tradunt Apollines noui, quos proposui; hi sunt vocales Mæandri & Metrici Labyrinthi,

quos conformant: hæc scientiâ generali institutus, singulos perlege, & quia à te fauorem & honorem expectant, Tuis singulos inuentis auge

ARTICVLVS IV.

Quid sit Idea? quid Carmen? an debeant res diuersæ confundi?

¶ V.



RODIERVNT nonnulli Labyrinthi à me luene, aut etiam puere elaborati, & quia alij etiam adolescentibus ingeniosi alios à se constructos reposuerunt, nonnihil hinc de Ideâ & exemplis præfabor: quoniam enim Ideam cum exemplo confundit, à Metametricæ Palatio multum abest. Ideâ profecto inuentâ, facillimum est Diagrammata multiplicare: aut Ideam nouam inuenire.

Hoc opus, hic labor est: pauci quos æquus amavit

Iuppiter, aut ardens exiit ad athera Virtus,

Dys geniti potuere.

Et quidem vt rem benè intelligas, vnâ aut alteram Historiam cogitâtuam produco.

Cœpit Musarum Deus Apollo benignè respicere Græciam, & Philippus illius Regionis Archon Poeticum certamen instituit, & quia præter Iambicam & Dactylicam, illo æuo nulla adhuc erant metra, optimi Metri Inuentori laurum auream promisit. Multa fuerunt ab alijs vario pede constructa, sed Sappho, ingeniosa adolescens, hoc Tetraſtichon cecinit

Laudibus nostri celebret Philippi

Phæbus infantis, iuuenis, senisque?

Rara virtutum documenta; cantet

Dogmara Cælum.

Se Sappho opposuit Amaryllis; lectissima stirpis Senatoriæ propago; inter aues totius orientis Philomela, & dulcissimo labio istud fuit modulata.

Viue, mi Princeps; numera nepotes

Plurimos; vincas peregrina castra;

Atque Victori pelagus Latium

Littora subdat.

Agebatur de præmio; Vulfusque Amaryllidi applausit: si enim vel generis nobilitatem, aut vitæ puritatem, aut vocis suauitatem, aut versuum sententiam cõsideres, debebat anteponi Sappho: vt potè minus nobili, minus castæ, minus suauis & minus eloquenti, si velis.

At Archon (erat enim doctissimus & prudentissimus: hic non debent, inquit, conferri personæ, non fumosa veterum auorum stemmata, non vitæ virtutes aut vitia, non vocum suauitas, & elegantia: imò nec ipsi versus, sed metra, hoc est versuum Ideæ, quoniam de istis, & non de cæteris in Certamine agitur. Ergo proponant suas Idæas Amaryllis & Sappho. Sumpserunt cælamus, & hanc Sappho proposuit.

(— u — — — | u u — u — p
 (— u — — — | u u — u — p
 (— u — — — | u u — u — p
 (— u — — — | u u — u — p

Sed quam, quæso, Amaryllis? Nullam, nullam. Erat enim vsa Sapphus metro, & quando omnium iudicio videbatur præcellere, & præmium victoriæ promereri, nihil omnino fecerat, ob quod posset in litem & certamen admitti. Ergo pronunciat Archon, non iam victricem esse Sappho, victamque Amaryllida: sed hanc non descendisse in arenam, nondum ingressam in certamen: non enim habuit Metrum (Ideam) à se inventum aut cogitatum, quod Sapphico posset opponere.

Hinc patet, quid dicendum de Theodomiro sit, qui in quodam à nobis invento Labyrintho verba pulchriora posuit (sic inquit: & licet fortè non sit verum, patienter & libenter condono.) Ergo, si sit de Labyrinthis componendis certamen, Theodominus debet anteponi nostro? Minimè; si adsit integer Iudex. Deditur Ideam A, illamque ornauimus, vt volumus: ergo Theodominus, vel est Asseda, vel Antagonista. Si primum, Ideam A, tametsi nostram, vtatur; nemini enim invidemus applausum. imò illi agemus multas gratias, quod Ideam illam nostram voluerit suo ingenio honorare, & ornare; & vt gloria sit maior, applaudemus. Si secundum, orabitur, ne armis nostris vtatur, vt nos confundat. Deditur Ideam A: & quid contra Theodominus opponit? Ideam alteram? minimè. Quid ergo? eandem meam, alijs vestibus (aut alijs verbis) exornatam. Ergo nondum habet, quod nostris inventis opponat, quandoquidem nostram ipse Ideam pictam alijs coloribus, & alijs verbis exornatam reponit. Quoniam Ideam A, à nobis inventam & exultatam, non debet opponere eandem Ideam A aliter comptam & ornatam: sed Ideam B. nobis ignotam & invisam, quam ipse excogitauerit, & numeris tam pulchris construxerit (distinguo numeros à vocibus) vt nostris mereatur anteferri.

Hæc à nobis sint dicta, non quod putemus neminem esse in Mundo, qui nobiliores possit Ideas Orbi Litterario indulgere: non quod ingenia Europæ in arenam vocemus aut provocemus: non quod meliora non speremus, aut etiam expectemus ab alijs; sed vt hallucinationi subueniam Academici Vulgi, quod nec Metrum à Carmine, nec Labyrinthi Ideam ab ipso Labyrintho discernit.

VII.

ETiam in vno & eodem versuti genere Idea debet à verbis distingui; nam potest diversis idem conceptus explicari: quam ob rem in Certaminibus Poëticis, quæ in Hispaniâ sunt frequentia, consulitur, ne quis suos Versus ante tempus exponat; est enim valde facile cõceptum alienum furari, & verbis diversis vestire. Hanc Fortunam subiit Arfindus gloriæ avidus, & moræ impatiens. Versus ipse suos nimis ma-

ture exposuit; leguntur, suspiciuntur, laudantur: & non eodem animo ab omnibus: nam Fidentius singulos conceptus notavit, & quia loquacior erat, pulchriore dictione exornauit, & præmium & applausum obtinuit. Quid hic Arfindus? Veritatem & sinceritatem appellans, de Fidentio conqueritur; aitque

*Metiò con mano bastarda
 En consonantes per versos
 Los Idolos de mis versos
 Como Rachel en su albarda.*

Ergo Arfindi & Fidentij carmina, licet verbis differrent, erant eadem: materia differbant, non forma: ornatu, non Idea, non conceptu.

Ergo prudens Lector discernat ab animâ corpus, conceptum ab ornatu, Ideam à verbis: & tunc poterit de Poëmate quocumque iudicare.

ARTICVLVS V.

*An Idea Metametrica veteres sint?
 an, si, noua inueniri a quocumque potuerint?*

VIII.



Emones (ingeniose Theodore) Ideas nostras, quas dedit Metametrica, à Paulo Vticellio cõtemni, quod vel antiquæ sint, & à Maioribus nostris cognitæ, & neglectæ aut contemptæ: aut si novæ, & inventæ à nobis, non tam arduæ, &

subtiles, quin ab alijs inueniri potuerint. Hoc præiudicium, ais firmari ab Vticellio nostro eodem Opere, nam exemplis vtimur Veterum & Recentiorum.

Et quid ego tibi aliud possum reponere, quam quod in simili occasione quidam iunior Astronomus Mauritio Hassia Ianisgrauio: cuius discursum placuit hic ad verbum reponere. Inquit enim. *Vestræ celsitudini non ignotam fore credo, lepidam illam ac festiuam, sive historiam, sive fabulam, quam noui Orbis Scriptores tradunt de Christophoro Colombo Cenuense, cuius opera atque industria, diuina Matheseos scientia ac beneficio cælestisque Astronomiæ arte atque adminiculo freti adiutique nouus Terrarum Orbis, ante annos iam plus minus centum, primum patefactus ac detectus est, quique inde in Hispaniam triumphans redux ab insulso, arrogante, inuiduloque quodam Hispano in publico convivio controuersarumque medio iniuriose vexatus est tanquam in noui Orbis inuentione nihil aliud ipse prestisset, nisi quod aquè ab alijs etiam præstari potuisset. Ad quæ ipse nihil respondit: sed ovum poscens, eoque accepto assidentes & circumstantes omnes rogauit, vt ovum in cuspidatiore ejus parte, seu in conum ovalem desinente termino, ita vt in neutram partem cadat, mensa imponant. Cumque omnes se id præstare non posse fatebantur, imò*

omnino impossibile fore affirmabant, ipseque è contrario, possibile quidem fore, at illos saltem ignorare inferens, recepto ovo, eiusque putamine in cuspidato termino ad mensam leviter contuso & confrieto, præter omnem omnium expectationem, contraque factam omnium negationem, ovum mensa, ita ut postulaverat, imponebat. Ovoque erecte sic stante. Iam num idem omnes vos poteritis efficere? dicebat: Imò quid ni? respondentibus omnibus, addebat: Idem de inventione novi Orbis sentiendum: qui eum jam à me sit primùm inventus & detectus, in posterum à quovis vestrum facili negotio inueniri detegique poterit, sed ante me nullus id effectum dare potuit. Ita Vrsus Dithmarus in epist. dedic.

Has periodos adduxerim (non ut Vrsum contra Tychonem tuear: nam illorum dissertatio & controversia me non tangit: fortè enim vterque habet rationem, fortè neuter) sed ut ostendam facillimum esse vti aliorum inventis: at difficillimum invenire, quibus vti alij possint.

ARTICVLVS VI.

An Metametrica sit scientia.

IX.



I Aristotelica Definitio Demonstrationis admittatur, quia rara, aut nulla potest Demonstratio formari, rara aut nulla erit Scientia. At nos aliter, & bene Demonstrationem definimus: quia Peripateticorum Demonstrationes, sunt tituli sine re; & voces expertes significationis. Quòd si nimius alicui videar, ex toto Peripatu eruat vel vnicam Demonstrationem, quæ suis numeris perfecta sit. Ergo, si nec Aristoteles, nec Peripatetici vnquam à se fictam Demonstrationis Ideam, reduxerunt, aut reducent ad praxim: Idea illa fuit in originali hallucinatione concepta, & debet corrigi; &, si non possit correctionem subire, reprobari.

Demonstratio igitur nobis sit, *Argumentatio, cuius forma est secuta, & præmissa sunt certa.* Hinc patet posse conformari Demonstrationem, quæ non sit syllogismus: nam etiam aliæ formæ, quæ in scholâ admittuntur, sunt tutæ, & nulli periculo obnoxia.

Scientia est Demonstrationis conclusio; & quia in Metricâ fiunt Demonstrationes, etiam Metrica est Scientia. Vel dic, quid possit negari, aut in dubiû verti in argumentatione sequenti?

Omnis versus qui correspondet huic Ideæ

— — — — — | — — — — — — — — — — —

est Hexameter. At hic versus Oridi,

(Omnia si pereant, famam servare memento. Huic Ideæ correspondet: Ergo est Hexameter.)

Est syllogismus in Darij, figurâ securissimâ & notâ: habet præmissas certas: Ergo est demonstrativus.

Eodem modo Metametricam esse Scientiam probare poterò. Sic inquam.

Quicumque versus cooptari possit huic Ideæ,

|, o — — — — —, |, — o |, — — — — —, |
— — — — —, | o — — — — —, |

erit Hexameter Retrogradus. At hic Iacobi Falconij, (Magorum sermo crudelem turbat Herodem. Huic idea cooptatur. Ergo & Hexameter & Retrogradus est.)

Patet, quia etiam possemus dicere,

(Herodem turbat crudelem sermo Magorum.)

Consequentia est legitima, etiam in modo Darij; major & minor certæ: ergo demonstrativè concluditur.

Sicut hanc Demonstrationem conformavimus, possumus & alias millenas. Stat igitur Metametricam esse demonstrativam facultatem ac proinde esse scientiam.

Si cui occurrat aliquid contrà: illud statim in Logicam, Physicam, & Metaphysicam, quas Scientias esse, opinio communis affirmat, retorquebo: et consequar, aut has ab albo Scientiarum expungi, aut istam admitti debere.

ARTICVLVS VII.

De Facultate illa, quæ in Scholis Rabbinorum traditur, & ideo vocatur CABALA.

An & quomodo differat a Metametrica.

X.



HÆRES interdum Lectorum cum Authores nostros de Cabalâ differentes interlegis: pauci illam laudant, pauci excusant, plerique vituperant, & vndis Lethæis, aut flammis stygijs condemnant. Hæres, mirarique, eandem potuisse

Facultatem ab hominibus probis & eruditis Artem & Inertiam vocari; eandem commendari & damnari; eandem tandem alis in cœlum tolli, & vituperiorum onere in abyssum dilabi. Accessabit admirationis causa, cum audias, omnium censuras esse bonas, & omnium iudicia legitima: cum addiscas tres esse apud Hebræos Cabalas: Liberalem, Cœlestem, Thaumaturgicam: omnes vocari Theologicas: primam laudari ab vniversis; secundam, tertiamque condemnari.

Prima est quædam Metametrica Hebræa intra Sacræ Scripturæ terminos ingeniosè discutrens: quæ Orthographica literas Sacri Codicis perpendet & numerat; finales distinguit à cæteris: inversas notat: & inde mysteria sobriè & religiosè deducit. Quæ Steganographica, diversâ Alephbetha considerat, illa clavibus convenientibus aperit; & novas inveniendò sententias ingeniosè dilucidat: Quæ Arithmetica (à Rabbi- nis

nis nominatur Geometrica) de numeris à literis significatis disputat. Quà Grammatica inflexiones & acceptationes vocum Hebraicarum considerat, Institutiones scribit, & thesauros componit. Quà Rhythmica conuertit oculos ad periodorum exitus, & suis locis consonantias accentet. Quà Metrica vocales per classes distinguit, & præter longas breuesque quas Græci & Latini etiam habent, correptis vtitur, quæ gentibus alijs ignotæ. Quà Metametrica, de Dictionum seu Versuum capitibus differit, & Acrosticha condit: Voces transformat: & ordinem literarum transmutat. Hæc agit de Retrogradis elementis, syllabis, & Dictionibus; nam in voce *Roma* (pono exëplatina majoris claritatis causa) Recursus literarius dat *Amor*; syllabaticus *Maro*; & in hoc versu,

Magorum sermo crudelem turbat Herodem.

recursus dictionarius dat hunc

Herodem turbat crudelem sermo Magorum.

Hæc etiam agit de Anagrammatibus, in quibus recondita eruditio invenitur, & pulchræ interdum transfigurationes resultant. Quà Logica argumendi modos, quibus Prophetæ vsi sunt, imitatur: & quæ Philosophica de rerum essentijs & passionibus differit, argumento ab Etymologia & nominum natura desumpto.

Secunda tota est in טפירות Saphiris nomenclendis, nominandis, exponendis, & dilucidandis: agit de אין סוף infinito Numine: & est pure speculativa, nec pertinet ad operationem. *Cælestis* dicitur, quòd Rabbitorum opinione Saphiræ hæ Peripateticis Intelligentijs Cælorum Motricibus respondere videantur. [Contra hanc copiose scripsi; & anno 1657. Romæ edidi Tractatum, qui D. Thomæ ab Illustrissimo DD. Iosepho Ciantes Marsicensium Episcopo in linguam Hebraicam translato præfigitur. Illum curiosus legat, & multa valde necessaria, paucissimis nota reperiet.]

Tertia prodigia patrat; putatque voces Biblicas habere vim, non solum præservandi homines, aut etiam liberandi à morbis, sed etiam excitandi à mortuis. Iubet hæc Umbris, vt occulta revelent, & prædicant futura. [Contra hanc sape in Morali Theologiâ disputavi; arte enim & verbis nec patrari prodigia, nec possunt præfici futura, quæ à liberâ voluntate dependent.]

Opus Magnum, quod inscribitur

Cabala, composui, in quo has tres Facultates à primis fundamentis examino: in quo duas posteriores esse vanas superstitionos, imò etiam sacrilegas probo: in quo primam, quæ sola est ingenua, dilucido. Illud edam cum aptum Typographum habeam. Interim. vt Lector, non omninò careret Cabalæ sinceræ notitiâ Epitomeam quamdam conformavi, quam *Specimen* dixi, & à Iusto Cæcilio Puteano edi, & Diatribę de Anagrammatismo, quam Erycius Iusti Parens scripserat, adungi permisi anno M. DC. XLIII. Cum ergo iam apud Bibliopolas hujus Libelli nulla reperiantur exempla: vt Lector generalem aliquam Cabalæ ingenuæ, & licita indispiscatur cognitionem, illum huc posui, & esse volui quasi faculam, quæ operi majori præluceat.

☞ XI.

Cabalæ Totius breuissimum Specimen Amplissimo, & Clarissimo Viro D. Ezycio Puteano Historiographo & Consiliario Regio.



*I*nvenere arcana plurimi, & maluerunt Inventores, quàm Auctores vocari: arcana, inquam, in naturæ præcordijs sublatentia. Sed quis quæretet secreta in publico? quis occulta in propatulo? Hæc nostri ævi felicitas, suboriens ab ingenij audaciâ. Dubitarètne priscum? An Saturnus in auribus exornaretur? An Iuppiter haberet pedissequos? An Sol Ephebos? Patuit iuxta tuum computum auris quasi quinquies mille sexcentis totum calum; & quia maximè patuit, tot in latuit. Nulla erat stella cognita, quia nulla bene, quousque Lansgraviij pertinax diligentia Inerrantium stellarum loca, insatigabile Lansbergij studium errores Planetarum, Saturni in aures Lyncea Galilæi perspicacia, Io ois quaternos Ganyuedes Marius, Martiales per mediam Solis Spheram excursionem Brabeus, & maculas Solem circumcurrentes Scheinerus, Veneris transfigurationes meus Opt. Parens Laurentius Caramuel, Mercurium in Sole Gassendus, Montes Lunæ Kepplerus observarunt. Tu verd præcedis, comitaris, prosequeris; & solus ditas nostras Athenas frequentissimis & curiosis inventis. Tibi Encyclopædia Olympus est; iam olim tota patuit, & latuit: grandi observatione, & per vigili studio indigebat. Supervenisti, qui in illius clarissimo lumine arcana referares. Saturnus, Græcis Χρῶνος, seu Κρόνος, ætatum definitor, à te habet quod audiatur ornatè; illum varijs Historijs illustrando, aurem recreas, & animum studiosum erudis. Iuppiter divitiarum Præses suos habet nan tam invisibiles quàm invisos Ganymedes, qui thesauro, exhauriunt; hos detexisti longæ experientiæ telescopio, horum erroribus posuisti leges singulari, aureo tamen libello, qui lapidis Philosophici instar convertet mediocres diligentius in aurum. Principes, qui hoc lapillo pretiosissimo utentur, erunt participes Triumpho liberalitatis, quem aliquando descripsisti. Martis efferi audaciam, dum Lovanium, Academiarum lumen intercipere tentaret, oppugnasti, scripsisti: unde incautus Gallicæ illius expeditionis miles, tametsi infeliciter conscriptus, feliciter descriptus est. Solis cursum nova temporis facula, quam de Bisexto inscribis, metitur; ut tuus Sol celesti illustrior, faculis splendidis exuberet, maculis careat; Et vt Principium haberemus Diei, novo & Urbaniano Circulo Orbem terrarum exornando, frustra latrante Urbinate quodam, effecisti. Veneres & lepores, qui quærat, legat Pœmata, quæ ex temporaneo influxu exuberant, tuæ dum Musæ sine otio otiantur. Legat Epistolas, quas vina & mella magnus ille Lipsius esse scribit, acumen sive acrimoniam insensibus, in verbis puritatem atque etiam suavitatem habere. Legat Orationes, & Atticæ Suadæ Thesaurus habeat. Legat Amœnitates, & vera ac verna literarum Tempe inveniet. Si Mercurium in Sole se observasse alij negeat, Gassendus asserit: negat & asserit Kepplerus, non sui immemor, sed

inaudita metamorphosi in se diuisus, indiuisus ab alio: sed Cryptographia Tassiana præco est clandestina; uisa & inuisa; uisa, quia characteres communes legimus; inuisa, quia inuisibilis eorumdem potestas. Mercurius est, qui triumphat centoculum Argum: Lunam Genethliarum Antistitem expressit Censorinus tuus de Die Natali inscriptus, doctrina rarioris thesaurus. Terra debet tibi radiatam coronam, siue dierum apud Indos Diorthosin, fastis exæquandis necessariam: coronam quidem, sed ellipticam; dies enim radij sunt, & hi in omni climate inæquales. Cælum habeat sua Astra, in tuo reperio Astræam Imperatricem stellarum. Hanc tot luces comitantur, quot libri; tot splendores, quot capita; tot radij, quot lineæ. Deerat motus, ne stella censerentur exanimæ: motu Literis ille Tuus dat Genius, dum promovet; motum, ut uiuant; artificiosè, ne erronee evadant. Hunc ista de Anagrammatismo Diatriba, amœnitatis causâ scripta, utilitatis edita. Iam olim Anagrammatismus patuit, latuit: patuit, quia vulgare opus fuit; latuit, quia ante te nemo illius arcanas leges inuenit, aut potius tulit: eò enim Te tua Litera euehant, ut tot leges eruditioni feras, quot verba proferas. In Cryptographiâ, in hac Diatriba in alijs similibus operibus Romanus Cabalista, quidquid Hebraicè olim Mecubalimi, iam Latine tradis; si illis sua laus debetur, quòd clara obscure dixerint; nonnihil laude maius tibi debetur, quòd obscura clarè delucidaveris. Vt constet igitur iure an iniuria adsonare Cabalais tua Inventa dixerim, hoc Specimen perlege; in quo videbis curiosas speculationes Rabbiorum ouis inuentis simillimas; videbimus deberi tuo ingenio eruditionis Hebraicæ & Latine concordiam. ut dum Rabbios in Latinis adlegamus scriptis, citari Latinos in Hebraicis audiamus. Vale. Iouany, sexto Kalendas Iulias M. DC. XLII.

Ioann. Caramuel,

CAPVT I.

Cabala origo, Magistri, partes.

XII.



REALIVM, & Nominalium, ut vocari solent frequentibus diffidijs excitantur Grecorum, & Latinorum animi, ne desides, & ignaui euadant. Duæ scholæ sunt celebres, & olim à Græcis, & etiamnum à nostris frequentatæ. At Hebrææ Athenæ nonnisi Nominales soli exanimi literarum insudant; in quibus arcana curiosissima inueniunt.

Primò Cabalæ candidatis discenda sunt nomina communia: postea tradendæ Regulæ subalternarum facultatum.

Theologia igitur Hæbræa קבלה CABALA dicitur à verbo קבל CABAL, Accipere auscultare. Omnes enim scientiæ, quod voce traderentur ab auscultando dictæ sunt. Physiologicas Aristoteles Stagyrita libris de mirabili Auscultatione tradidit. Ethicas Bene-

dictus traditurus præloquitur: *Ausculata sibi præcepta Magistri*. Guido Fabricius Boderianus; cùm de Cabalæ Doctoribus sermonem faceret verbo קבל EBEN eos peritos scientia de diuino auditu nominat. Et similibus Phrasibus vtuntur, qui de alijs disciplinis agunt.

Huius sapientiæ professores מקובלים MELCVBALIM, didactes, seu potius audire facientes nominantur. Author creditur Moyfes.

Hinc lux Græcorum sacramentis. Μύσθη, Dæ scientiarum præfides vocantur. & Deus illarum Antistes Μύσθη, & corruptè Μάθη, iam frequentius Apollo. Creditur etiam nomen CABALAE in Parnassum Caballum inuexisse, & occasionem præbuisse ombibus illis fabulis, quas veteres Græci modulantur.

CABALA igitur, seu Hebræorum Theologia, sex facultates sacras (nimirum Transmaterializationem, Transformatioem, Transfigurationem, Transpositionem, Transpunctionem & Transnumerationem) velut species habet.

CAPVT II.

De קריאת ראשי תבות CARIATH RASCE-TEBOTH, seu Theologia Transmateriali.

XIII.

ELEMENTA Vocalia sunt dictionum materia, idèdque Transmaterializatio elementorum, transmutatio, & hæc augmentatione, & diminutione conficitur: augmentatione quidem, si in singulis literis integram dictionem intelligas: vt cùm scribimus אדם ADAM, nempè tres literas, & tres dictiones legis literis singulis correspondentes; nimirum אברהם אבדבאר אבדבאר ABDABAR-MASCIAH, Pater Verbi, quod est Christus.

Vocatur hæc Cabalæ pars CARIATH RASCE THEBOTH, Caput dictionum enunciatio. Aptè scriptas literas capita dictionum appellat, quia sunt dictionum initiales. Extant libri integri, in quibus de exponendis huiusmodi Theologicis abbreviationibus curiosè disputatur.

Hebræos imitati sunt Græci, imò, & Latini. Exculpimus in Templorum frontispicijs D. O. M. & legimus Deo optimo Maximo. Occurrunt frequentissimè in marmoribus literæ pro integrâ dictione suppositæ, quæ à nostris Criticis Nota vocantur; & à Valerio probo Grammatico, & alijs postea curiosè exponuntur.

Græci etiam hoc modo exponendi vocabula

bula deletabantur. Redeat noster Protoplastus Adam, & quoniam eius Hebraicum nomen exposuimus, etiam Græcum ad veterum mentem exponamus.

Δανατλη.	Oriens.
Δδυση.	Occidens.
Δαρτος.	Septentrio.
Σμησησβεία.	Meridies.

Singulis nominis literis singulas Mundi plagas indigitari constat ex præmissis paradigmata, quod confirmant Sybillina carmina:

Αυτος, &c.

Quæ Sixtus Senensis suæ Bibliothæcæ tertio, & alij per hæc, aut similia verba transtulerunt.

Nimirū Trideus finxit tetragramatō ADAM, Qui primus factus fuit, & qui nomine complet Ortumq; Occasumq; Austrum, Boreamq; rigentē.

Opponitur augmentationi diminutio, & accidit cum ex singulis dictionibus vna, & sola initialis adsumitur. Fit exemplo primus versus Geneleos

BERFSCITH ELOHIM ET HASCAMAINVETH HAARETH In principio creauit Deus Cælos, & terram Sume initiales literas, & habebis

BEBO EEEY In occasu ero. Quod est iustorum lemma, qui tametsi videantur oculis insipientium mori, ipsi tamen sunt in pace.

CAPVT III.

De אור זאית THOAR, seu Theologia Trasformatiua.

XIV.

FORMA nominis Cabalisticè sumpti finis est, & ijs ex literarum discretione suboritur, quod potest verbis Latinis illustrari, Hæbreæ Dominare, si indiuisæ sint, ad imperatiuum verbi Dominos pertinebunt: & si diuidantur in primâ, secundâ, aut tertiâ syllaba, significationem mutabunt, vt constat ex hoc paradigmata.

Soles nom.	Dominare.
Soles verb.	Do-Minare.
Soles	Domi-Nare.
Solees	Domina-Re.

Hac lege Hæbræi dictiones diuidendo noua verba multiplicant. Multa Guido Fabricius Boderianus in Bibliorum Regionum apparatu, multa alij collegerunt: sed eorum placitis examinatis dictiones, quæ transformari dicuntur, reducam ad duas classes. In

priori dictiones continuas, contiguas in posteriori collocabo. Continue dicuntur, quarum partes copulantur termino communi, nimirum litera communi, quæ sit vltima primæ dictionis, & prima subsequæntis: vt patet in dictione Coruis, quæ dissoluta est Coruis. Contiguæ appellantur, quæ constant partibus, quæ non vniuntur literâ communi; vt Magister, Magister. Vbi vltima primæ dictionis non est litera prima subsequæntis.

His ideis instructi ad Cabalam Transformatiuam deueniamus, & videamus, qui citatus Guido Fabricius Boderianus, nomen אבן EBEN, lapis continuum, exponat. Apud Peritos scientia de Diuino auditu, ait quos מקובלים MECVBALIM vocant, אבן EBEN significat Patrem, & Filium, vno complexu, ad ostendendum Patris, & Filij unitatem in essentia. Tres autem literæ, tres Hypostasies in vna d'v'cia demonstrant. Et hoc est mysterium, quod scribitur in Psalmis: Lapis, quem reprobauerunt edificantes, factus est in caput anguli. Et ideo Christus vocatur à Daniele אבן, lapis abscissus sine manibus. Huc vsque ille.

Si contiguæ dictionis exemplum aliquod desideres, dabit vox ארז ARZITH, Cedrus, quæ post diuisionem ארזית OR ZAITH splens dens Oliua.

Hanc Hæbreæ Theologiæ partem delucidat liber ille, qui inscribitur Apparatus reuolutionum Iesu Christi, à paucis annis publicatus, cuius artificiosam methodum Auctores aliqui sequuti sunt.

CAPVT IV.

De חמורה THAMYRA, seu Theologia Transfiguratiua.

XV.

MVLTA de Thamyra cantore Græci auctores, quæ non vacat expendere. Modus est exponendi Sacram Scripturam Cabalisticè, & docet manente eadem pronuntiatione, & significatione characteres mutare: vt cum A legitur pro B, C, &c.

Hieremias contra Babylonios Prophetizans, capituli 25. versu 26. inuertit figuras characterum, & accepit vltimum pro primo, penultimum pro secundo, antepenultimum pro tertio, &c. Et contra, vt conspicis in Alephbeto subsequenti.

אכנהו וחטי כ
חטקצפעסנט ל

Ergo cum reperis in citato oraculo ששך Sceſcek

Scesfek : lege ככל *Babel*, & scies, quo colli-
ment minę, quę à Prophetâ præfago effulmi-
natur.

Hebręorum *Thamyram* etiam Gręci, &
Latini imitantur. Inter alios fęlix huius
scientię emulatio reddidit celebrem Ioānem
Trithemium Spanheimęsem Pręfulem, quem
à Necromantię notā editis commentarijs de-
monstratiuę vindicaui. Legantur *Poligraphia*.
& *Steganographia*, quę meram Hebręorum
Thamyram Latine tradunt.

Huius artis vtilitate adlecti, & curiositate
delectati leguntur antiqui Imperatores. Ta-
les fuerunt *Iulius Cęsar*, & *Octavianus Au-
gustus*, referentibus, *Suetonio*, & *Dione
Cassio*; tales etiam *C. Oppius*, & *Balbus
Cornelius*, *Aulo Gellio* lib. xvij. Noct. At-
tic. cap. jx. adnotante. Hi verò Heroēs
excelluerunt aliorum Magisterio, & do-
ctrinā. Nunc autem mundus Cęfare frui-
tur *Ferdinando III.* huius scientię Principe
peritissimo, lectio num plurium occultissima-
rum inuentore. Fruitur *Luneburgensi*, qui
Cryptographiam edidit, & voluit *Gustauus
Selenus* nominari. Fruitur *Domino Ignatio
Bernardo Comite de Martinitz*, Cęsari ab
intimis, librum de admirabili lectio ne edi-
turo. Ante omnes illos noster *Erycius Pu-
teanus* *Cryptographiam Tassianam* edidit,
quę laude non indiget; nam oracula non e-
gent Patrono. *Steganographię* specimen *D.
Ioannes d'Espires*, *S. Theologię Doctor*, &
Aquicitinensis Monasterij summus Prior iam
nuper euulgauit. Hoc qui non legerint, in
eruditionis materiā carebunt notitijs peni-
tioribus.

CAPVT V.

De תשומת *THESCVMETH*, seu *Theologia
transpositiua*.

XVI.

HEbręorum sententia omnia sancti idio-
matis verba, quę eisdem constantur li-
teris, habent analogam significationem.
Vnde radicum obsoletarum significatio sub-
oritur artificiosę. Exponamus vnam, & solam
vocem, vt analogia, & methodus clarę no-
sfatur.

שער *SCHAHAR* mensurare significat, re vel
cogitatione, & transpositione elementorum
alia verba producit simillimę significationis.
Considera subiectum Paradigma.

MENSVRARE.

שער *SCHAHAR*,

שרע *SCHARAH*,

עשר *HASCHAR*,

ערש *HARATC*,

רשע *RASCHAR*,

רשע *RAHASC*,

RATIONE. RE.

Opinari; Metiri; Men-
Definire. surare.

Proficere in Mensuram an-
literis. tiquam vita.
liter excede-
re crescere.

Censeri, ac Mensuram de
definiri bo narij habere.
num.

Quies men Quietis locus
tis; Exta- ad mensurā
tasis. 10. pedum;
Lectus.


Censeri, ac Violenter mē-
definiri suram exce-
malum. dere; Mēsu-
ram legis te-
merare; In-
equalem, &
iniquum esse
Vincere.

Cogitare Excedere mē-
tredipe. suram inada-
quatę; Mone-
ri; Tremere;
Vibrare; Ra-
refieri.

Latini, & Gręci maiori vocum, & signi-
ficationum differentiā sua Anagrammata in-
uertunt; Sed pulchrior omninō est vocum
Hebraicarum syntaxis: vtpotē analogiā pe-
renni prædita.

Paro Hebraici idiomatis *Lexicon Ratio-
nale*, in quo singulę literę conseruam par-
tialē aliquam notissimam significationem
habent: verba verò compositam: vbi, & o-
stenditur Anagrammatismo literas alterari,
non mutari, & arte *Thesthumethiā* signifi-
cationem alterari non mutari, non tolli. Per-
tinebit illud ad hanc *Cabalę* partem.

Præter traspositionem literarum, etiam di-
gionum transpositione *Cabalistę* pulcherri-
mas sententias efformant, quos videtur imi-
tatus *Bernardus Bahufius* in suo *Protheo
Parthenio*, quem pulcherrimis, & amoenis-
simis *Thaumatibus* *Erycius Puteanus* illu-
strauit.



CAPVT VI.

De מסרת MASCRETH, seu Theologia
Transpunctiua.

☞ XVII.

מסר ASAR Tradere significat, & teste Eliâ in Thisbi, non reperitur in Biblijs, sed inde deducitur nomen Theologiæ Transpunctatōriæ, quæ מסרת MASOKETH vocatur. Elias loco citato: Ipsa MASCRETH scripta est in circuitu (marginibus) Bibliorum. Iam verò librum composui, qui vocatur מסרת ה מסרת MASCRETH HA MASORETH, Traditio Traditionis, in quo declarauit vniuersam eius normam. Vocalium mutatione variæ voces resultant, imò, & varij sensus: V.G.

- דבר DABAR Loquutus est.
- דבבר DIBBER Alloquutus est.
- דבבר DUBBER Loquitur.
- דבבב DABAR Verbum.
- דבבב DEBEK Pests, &c.

Ideòque eadem Sacræ Scripturæ periodus, diuersimodè puncta, sensus diuersos exhibet, & aliquando aptissimos, & necessarios: quia cum puncta Iuniorum sint inuenta, non raro contingit, literas ita subpunctas esse, vt & melius potuerint.

Non satis benè punctâ Biblica esse posita recentiores contendunt; sed qui veterum ostendunt errores, non corrigunt; fortè facilius est illos cognoscere, quàm emendare. Et quidem characteres Biblicos aliâ normâ subpungo, & sententias Latinas lego, & infero Latium idioma Hebræi dialectum esse: nam Hebræa, si benè pungatur, non differt à linguâ latina.

CAPVT VII.

De GIMATRIA, seu Theologia Transnumeratoria.

☞ XVIII.

ELIAS apud Boderianum, GIMATRIA, ait est dictio planè Græca, subnotationem, siue numerum significans. Et adtribuitur illi Cabalæ parti, quæ numeros dictionum significat: sibi enim persuadent Hebræi, dictiones esse eiusdem significationis, quæ eiusdem nu-

meri. Vt si Latinè diceres voces *Tribunus*, & *Axis* æquipollentes esse, quia vtraque numerum xj. complectitur: & postea Tribuni obligationes expositurus, ad metaphoram *Axis* recurreres. Hac arte vocem MITATERON exponit Elias in Thisbi MITATERON Principem facierum dicunt, ait, Angelum illum esse, qui respicit semper facies Regis exaltandi, ac de ipso dictum est illud Exodi 23. Quia nomen meum in medio eius est; quippe cuius nomen est ad instar nominis Domini sui NITATERON enim in Gimatria, seu numerandi per literas arte est SÇADAI: nam utriusque literæ seorsim afficiunt 314.

Huc respexisse videtur Euangelista Apocalypseos c. 13. vbi bestię numerum dicit esse 666. fortè nomen componetur literis, quæ numerum eundem complectantur.

ARICVLVS VIII.

De Characteribus, & Notis
Metametricis.

☞ XIX.



VLTA olim de Steganographicis signis, multa de diuersarum Gentium characteribus, notis, literisq; dixi & scripsi; nunc debeo recognoscere singula, & ex omnibus deligere pauca, quibus nostri Apollines indigent; quibus & nos in his Labyrinthis vsuri sumus. Sequentes Characteres considera,

----- -- u o c b * i
† / \ Λ : ; ? m [] (|)

Præter hos characteres etiam interdum vtor Musicis, qui quoniam vniuersis noti, non videntur commentario indigere.

HÆc sub ipsum initium Te scire volui Lector ingeniosissime; nunc nil occurrit aliud, nisi vt orem Deum, vt Te saluum incolumemq; ad sui maiorem gloriam, & Orbis literarij vtilitatem conseruare dignetur multis annis.

NOTA.


CAbala, qualem hucusque edisserui, ad scientias liberales spectat; est enim curiosa quædam Grammatica, Metrica, & Dialectica

lectica: at maiori Rabbini audaciâ se in Theologiam insinuant, & R. Isachorio, qui Moyseos Pefach filius fuit, & librum *Imre binah* scripsit, duce decem sephiras fingunt, quas sic nominant, & cognominant.

NOMINA.		COGNOMINA.	
j.	E H I E.	Kether.	<i>Magnitudo.</i>
ij.	I A.	Chokma.	<i>Sapientia.</i>
iii.	IEOVA.	Bina.	<i>Intelligentia.</i>
iv.	ELOHA.	Gedula.	<i>Magnitudo.</i>
v.	ELOHIM.	Gebura.	<i>Fortitudo.</i>
vi.	ADONAI.	Thiphereth.	<i>Pulchritudo.</i>
vii.	ADONAI.	Netfa.	<i>Victoria eterna.</i>
TSEBAOTH.		* * * *	* * * *
viii.	ELOHIM.	Hod.	<i>Gloria, & honor.</i>
TSEBAOTH.		* * * *	* * * *
ix.	EL-CHAI.	Iefod.	<i>Fundamentum.</i>
SCIADAI.		* * * *	* * * *
x.	ADONAI.	Malkuth.	<i>Regnum.</i>

Harum Spherarum successiuam diminutionem, & conclusionem conatur explicare Isachorius probatione oculari.

Diminutionem hac figurâ triangulari dilucidat: nam Spheræ inferiores, apud G, superioribus minores sunt: & quæ sunt immediatæ se immiscent, vt in DC. ita vt inter superiorem, & immediatè sequentem fit aliquid medium, nec totaliter ab illâ, nec totaliter



ab istâ differens. Hanc viam ingredi voluit Paradisi autor (Doctor est, qui apud Hebræos in pretio) hanc alij, qui putat se, sicut de Phisicis phisicè, sic de Theologicis Theologicè philosophari, cum ad elementa materialia conuertunt oculos, vt inde per analogam proportionem discurrant. Tres, inquit, sunt regiones in Aère: infima, media, summa: in mediâ Aereum Elementum est purum: in summâ est Igni similes; in infimâ Terræ, & Aquæ cognatum. Hanc ipsum alterationem ab aliorum Elementorum propinquitate, aut contactu nanciscitur. Ergo similiter: si vltima, & suprema Spherâ est ABCDA nempe *Kether*: & DCFED. nempe *Chokma*, penultima: se in lineâ DC. contingent, & apud hanc eandem lineam Chokmescet *Kether*, & *Chokma* *Kether* ascet: hoc est *Kether* in *Chokma*, & in *Ketherem* *Chokma* degenerabit. Alij figurâ circulari vti malunt, vt ob oculos ponant, quo istæ Spheræ modò à se ipsis includantur, & distinguantur. Sequentem figuram considera.



Schema hoc Tempe malorum Granatorum explicant, aperitq; Porta II. cap. VII. in ipso decem circulos cõspicis, & monèris spheram AV. esse *Ketherem*, & vniuersas claudere. *Chokmam* esse BT, eamq; cingi -*Ketherem*, & *Binam* cingere: & sic de cæteris ordine debito conseruato.

Hæc doctrina, quæ tantum vana & fabulosa Lectori meo videri posset, tam est perniciososa, vt nisi diruatur, Iudæi conuerti ad Fidem Orthodoxam non poterunt: & idè in Tractatu illo, quem paulò antè citauimus, has Propositiones studio, & cura summa edissero, & vt puto demonstro. Est videlicet.

PRIMA. Suprema (vel si denominationem a fundamentis, & principijs, quibus vri debet, Sumamus supernaturalis) Theologia est Scholastica quædam facultas, Sacræ Scripturæ testimonia præmittens, & ex illis Dei perfectiones, & attributa inferens, & exponens.

SECUNDA. Theologia Naturalis ancillatur, non vero dominatur: non enim naturalis debet, aut potest corrigere supernaturalem: sed debet ab ista potius in veritatis adfessione firmari, nec non corrigi & iuari in erroribus, si quos forte contemplando commiserit.

TERTIA. Habent etiam Iudæi quandam Theologiam Fundamentalem, quam aliqui ob materiam Supremam, ob mysteria Secretarum, ob modum docendi CABALAM (Traditionem) appellant.

QUARTA. Hæc ipsi suprema, & Fundamentalis Iudeorum Theologia est chimerica.

QUINTA. Stante hac Iudeorum fundamentali, & Suprema doctrina tota Theologia vera, tam naturalis, quam supernaturalis corruit.

COROLLARIUM. Ergo, nisi funditus euertatur illa, omnis Deo profcribitur notitia, Mundusq; in Atheismi tenebris cimmerijs submergetur.

SEXTA. Stante eadem suprema Hebræorum Theologia omnes Sacræ Scripturæ Codices Athei sunt. Et cur? Quia iuxta illius tot laudibus, & Rabbini celebrata principia, in toto Testamento Veteri, nec vnictum verbum reperitur de Deo.

SEPTIMA. Stante eadem Secretiori Hebræorum Theologia omnis est neganda Religio; & omnis cultus Diuinus, & obseruantia est profcribenda.

COROLLARIUM. Ergo suprema hæc Theologia tollit a Iudeorum animis omnem Diuinam Religionem, & fidem; non solum præteritam præsentemq; sed & futuram.

OCTAVA. Stante eadem vocum Metonymia, seu Theologia Sublimi, impossibile est non solum conuertere, sed ne tangere quidem Iudeos argumentis ex Veteri Testamento desumptis.

COROLLARIUM. Ergo vt conuerti Iudæi possint, debet Theologia Cabalistica euerri.

Non est animus tractata olim iterum retractare: harum Positionum demonstratione alibi videri possunt, prodijt enim doctissimus ille Illustris D. Iosephi Ciantes liber, Romæ ex Iacobi Phæi Typographia: & in Bibliothecis nobilioribus prostat, & huic præmittitur noster ille de Theologicâ Cabala Tractatus.

A P O L L O

R H Y T H M I C V S

*Aplaudas Lector, si vis, accentibus istis:
Accinere aut versus dulcius ipse doce.*

XX.



ῬΥΘΜΟΣ dicitur Græcè, qui Latine Numerus aut Harmonia. Et quidem non omnes aut Græci, aut Latini Rhythmorum cognouerunt ingenium: non omnes illud bene descriperunt, aut dilucidarunt Quintilianus li. 9 Institut. cap. 4. Sunt numeri

Rhythmici, qui neque finem certum, nec ullam in contextu varietatem, sed qua cæperunt sublacione ac compositione ad finem usque decurrunt. Nimirum hic ab scopo & veritate recedit Quintilianus. Diomedes propius, sed etiam ludit aut ablutit: ait enim: Rhythmus est versus imago modulata, seruans numerum syllabarum, positionem sapere sublacionemque continens. Differt à metro, quia temporum syllabarum pedumque congruentia in infinitum multiplicatur ac profuit. Reiectis igitur Diomedis, Quintiliani, aut etiam aliorum definitionibus, sic vocem minus notam interpretor. Rhythmus est syllabarum definitus numerus, ornatus accentibus determinatis. Vnde, si vocum stetur rigori, Rhythmus etiam est Metrum: at quia Metri vocabulo iam versusum Græcorum & Latinorum intelligere solemus ideam, conuenientiam & differentiam Metri & Rhythmici propono. In Rhythmo syllabarum, in Metro temporum determinatus numerus reperitur: & hæc ipsis est quædam communis & generica ratio. At in Metro præter syllabarum numerum consideramus quantitatem: in Rhythmo autem præter numerum non quantitates, sed solos accentus contemplanur. Fateor apud Latinos tam arête connecti accentus quantitatesque, ut vix aut ne vix quidem illi intelligi aut exponi possint sine istis: at huc pertinere videtur illa Metaphysicorum distinctio, cui possumus cõstare & dicere, Metricam meditari syllabarum quantitates per se, & accētus accidēs: Rhythmicam, cõtra accētus per se, & temporum quantitates per accidens.

Posset Rhythmica vocari *Prosodia*; quæ est ars accentus debitos debitis locis pronuntiandi: sed iam hoc ipsum nomen Metricæ adstringitur, vnde Smetius aliique Metricam *Prosodia* nomine exornarunt. Sunt autem accentus inuenti, distinctiois & ornatûs gratiâ; voces enim distinguunt, & orationem exornant. Est accentus dictionis tonus; & hoc sortitur nomen, quod sit ratio ob quam syllabæ syllabis accinunt: ita Lelius Giraldus *Dialog. 1. de Histor. Poetarum. pag. 11.* Vocatur

ab Hebræis TAHAN *sapor*: quod orationis elegantia & dulcedo ab accentu dependeat.

Iuuat notitia accentuum ad intelligendos libros sacros. Et quanta sententiarum iacturâ negligantur accentus ex Rab. Salomone Isaachus explicat, dilucidans enim illud Ezechielis (1. vers. 11.) *Facies eorum, & penna eorum extenta desuper*, pag. 151. docet dictionem illam PANEIHEM habere diuersum sensum propter accentum Regium Zakeph. ibidem collocatum, ita ut illud *eorum* ad animalia referatur. Urget Hieronymus *tom. 4. pag. 290.* huius scientiæ necessitatem, & sine illâ existimat non posse perueniri ad perfectam intelligentiam Scripturæ. Vide Andream Masium in *libr. Iosue cap. 3. vers. 11. & cap. 7. vers. 15. & cap. 10. 11. & 17.*

Accentus apud Hebræos triplex; Grammaticus, Rhetoricus, Musicus: de quibus multa singuli Grammaticæ Authores & Institutores; & inter ipsos varia & docta Bonaventura Bertramus in *suâ Aramaâ & Hebræâ compilatione pag. 19.* Scio esse, qui plures accentuum classes adfingunt, quos erudite impugnat Isaacus *pag. 154. & 157.* monens non debere accentus ob nominum, sed officij varietatem multiplicari.

Sed quot sunt, quæso accentus? Plures in quâquâ serie admittunt Massorethæ: nempe, Regios 22. Ministeriales 16. & Rhetoricos 4. (ergo 42.) quibus, si adscribas Musicos, in magnam summam accentuum multitudo exerefcet.

Latini (nec ab his multum differunt Græci) tres accentus cognoscunt: *Acutum, Grauem, & Circumflexum.* quorum primus potest & solet afficere antepenultimam & penultimam: secundus vltimam: tertius penultimam & vltimam.

Multa de hoc argumento Viri docti; illos legere & sequi poteris, si volueris. Ego ab omnibus abeo; & aure, non autem argumentis, in re, quæ pendet à sensu, gubernor. Aio [& id notari bene volo] vnicum esse accentum, quem *Acutum* vocamus: cumque in morâ & syllabæ productione consistere; vnde rideo Græcos, aut etiam interdum Latinos, conantes syllabas correptas acuere. quis enim vnquâ bene proferet *κίριος, κυρία, κυρίο* Kyriôs, Kyriâ, Kyriô. &c? quis quæso *ἰέραμ* auidi eram, Accentum grauem non omnino reiecio: aio enim eum esse acuti absentiam. Addo circumflexum, si ponatur in vltimâ, esse notâ calamî, nec ad linguam & vocem pertinere. Si ponatur in penultimâ, esse reuerâ acutum, sed alio modo figurari. Sicut hæc videantur; minus communia non habebit me sibi contrarium: fateor enim omnia

nia, quæ reijcio, millenis annis obtinuisse in scholis: at sunt omnia & singula certissimè & clarissimè falsa: vel, qui vera putet has voces, quas calamo distinguo, lingua separet, *sermone, sermônes. Doctrina, doctrina, doctrinâ.*


Exclusus accentibus graui & circumflexo, manet acutus, qui esse potest in vltimâ, penultimâ, & antepenultimâ. Dictio, quæ illum habet in vltima dicitur *oxytona*, Hispan. *aguda*: quæ in penultima *paroxytona*: Hisp. *grave*: quæ in antepenultima, *proparoxytona*, Hispan. *esdruxula*. Nulla dictio Latina habet accentum acutum in vltimâ.

De Insonatiâ, Consonantiâ, Adsonantiâ, Aequisonantiâ, Vnisonantiâ.

XXI.



Armonia Rhythmica incipit ab vltimo accentu: & vel abest, vel adest, si adfit, vel cōsistet in vocaliũ tantum, vel in consonantiũ tantum, vel in vtrunque concordia. Si harmonia finalium similitudo desit, versus dissonant, & cantur *soluti*, tunc enim non connectuntur in se: si concordia in vocalibus solis consistat, *Adsonantia* vocatur. Si in vocalibus & consonantiibus simul, dicitur *Consonantia*. Sola consonantiũ concordia nec sensibilis, nec vtilis est, & ideo nomen habet, nec illo etiamnum indigemus: interim, si fortè sit reuocanda ad memoriam, *Consonantia imperfecta* vocetur. Hinc patet quid sit *Dissonantia*? voces enim, quæ nec consonant, nec consonant, *dissonantes* vocantur.



MVSA I. METRO-RHYTHMICA



Es sis anceps, & quæras ad quem Apollinem hæc Musa spectet? an ad Metricum, an potius ad Rhythmicum? est enim Metro-Rhythmica, & ad vtrumque simul pertinet.

Est ergo Methodus Metro-Rhythmica, Ars, quæ componit versus, qui simul sint metrici & rhythmici. Sint loco regularum exempla.

SAPPHICA. Ad Manrique.
SONETO.

XXII.

*Phæbus auratos renouat colores,
Lampade illustrans superos micante,
Quando in excelso residens Atlante
Laurea accenset rutilos honores.
Luce ut incepit redimere flores,
Cæpit, ut lucas redimere ouante
Flore, virtutes canit insonante
Voce Manriqui generosiores.
Te Scholæ, Musæ celebrant; Apollo
Te Patrem, Regem, Vigilem, Magistrum,
Litera, lauri, studij decore:
Aula Te solo, Schola Teque solo
Crescit, & primum recolit Ministerium,
Nostra quo claret Schola Conditore.*

SAPPHICA. De Modestia.
SONETO.

*Filius Phæbi Phaethon ouantis,
Quos sibi præbet sacra Flora flores,
Dum procax quærit superos honores,
Vritur lucis radijs micantis.*

*Sic Fridericus thalamos Atlantis
Ambiens, summi Iouis & fauores,
Despicit Regni Proceres priores,
Et perit trussus pede fulminantis.
Aulici discant Superis subesse,
Subditis discant superi fauere;
Ne cadant caelo, pereantque terra.
Inter ardentis Proceres oberra,
Prouidè: prodest medium tenere,
Aut palam totâ Iouis arce abesse.*

Dedi Sapphica, quæ nostris maioribus versibus respondere videntur. Addam Iambica Dimetra, quæ æquant versus, quos nominamus *Romance*. Apollinem ob oculos ponam, & sicquam

IAMB. DIMET. ROMANCE
*Facunde Parnassi Pater,
Accende conatus meos,
Infunde Phæbe Rex potens,
Menti facem, linguæ melos.
Cantabo concentu breui,
Quas Mars dedit lauros Deo,
Quas & dedit lauros Viro,
Dulci tibi, mihi fero. &c.*

Hi versus, vt Metrico-Rhythmici sint, postulant hanc mensuram

loco (—) patientur (—) quando vocalis ante vocalem ita properet, vt coire cum sequente videatur. Accentus vltimus esse debet in septima & hanc ob causam versus isti claudi debent dissyllabis, nec possunt polysyllabis vocibus.

XXII.



Contemplor illos versus Hispanicos, quos *siguidillas* dicimus, & priorem singulorũ partem Anacreonticis, & posteriorem Adonicis correspondere video, & ad Regis Hispaniæ laudem sumo calamus, & has lineas scribo.

Anacr. — — — — — | Signi-
Adonic. — — — — — | dillas.
Canat Polus PHILIPPI * stemmata clara :
Canatque leta Musa * Cesset amara .
Loquax recludat Echo * Laudis honores ,
Quibus PHILIPPE (Princeps * Maxime) flores .
Canat pium Monarcham * Carmine Mundus .
Tibi que nemo primus * Nemo secundus . &c.

Eximius Dominus Correa, Salmanticae S. Theologiae Doctor & linguarum Orientalium Professor in natiuitate Hispaniae Principis ann. 1629. Anacreontico--Adonica (Hispn. Seguidillas) cecinit, quae Graeca sunt, & alibi a nobis propofita.

M V S A II. L E O N I N A.

XXIV.



ETRA Latina, quae similiter desinunt, dici solent Leonina: & si nominis rationem quaeras ad Authorem recurrunt, quem dicunt Leonem quemdam fuisse: quod ipsum facilius credere potero, quam examinare. Fuerunt ante quin-

gentos annos summo in pretio: & in tanto, ut vix sit Epitaphium illo auro excisum, quod eiusmodi versibus careat. In Menologio Chrysofomi Henriquez, in Notitia Abbatiarum Gasparis Longelini, & in alijs illius temporis historijs multa occurrunt. Pono aliqua. Friderici Imperatoris tumulus hoc dicitur habere Epitaphium.

*Si probitas, sensus, virtutum gratia, census
Nobilizate orti, possent obfistere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.*

Cuiusdam Durandi hoc Epicedium circumfertur.

*Durus Durandus iacet hinc sub marmore duro:
An sit saluandus nec ego scio, nec ego curo.*

Non fuit Durandus iste, ille Magnus Theologus, qui libris doctissimis contra D. Thomae aureas opiniones scriptis Praedicatorium etiam Ordinem nobilitauit: sed alius, quem nec ego scio, nec ego curo. Circumfertur hoc etiam Epicedium.

*Nudipes Antistes, non curat Clerus, ubi stes:
Si non in caelis stes ubicumque velis.*

Fuit ab antiquo Heretico ingenioso compositum: & quia plurimos habuit Ordo S. Francisci ad summas dignitates promotos, inuidia prout affectibus diuersis agitur, diuersis illud adscripsit aut adfixit. Giesfani Professores Nudipedis Antistitis nomine intelligunt Henricum II. Archiepiscopum Mogunprium ex Ordine S. Francisci assumptum. Alij maiori ausu Sixtum V. Pontificem Maximum alij alios. Ut ipsamet varietas probet hanc inscriptionem nusquam esse.

Obtinuit haec Leonina Musa, praecipue in Epitaphijs vsque ad nostram aetatem, quae illam respuit. aetate enim nostrorum auorum Thomas Morus (volebam aliquid ad eius gloriam addere: sed Virum maximum nominasse sufficiat) rogatus ab haerede, ut Henrici Abyngdonij Cantoris tumulo inscriberetur, hoc composuerat Epitaphium.

*Attrahat huc oculos (aures attraxerat olim)
Nobilis Henricus Cantor Abyngdonius .*

*Vnus erat nuper mira qui voce sonaret ;
Organa, qui scite tangeret, vnus erat .
Vellensis primò templi decus : inde sacellum
Rex illo voluit nobilitare suum .
Nunc illum Regi rapuit Deus, intulit astris ;
Ipsis ut noua sit gloria calitibus .*

Ianus (id Henrici haeredi nomen fuit) contemplatur haec disticha: illa cum alijs Ecclesiarum Epitaphijs componit, & quia consonantias non reperit, erroris arguit, & imperat alia conscribi. Obedit Morus Oratori imperito, & preparato altero longè diuerso calamo, has lineas scribit.

*Hic iacet Henricus, semper pietatis amicus:
Nomen Abyngdon erat, si quis sua nomina quarat,
Vellis hic Aula fuerat succentor in alma,
Regis & in bella cantor fuit ipse capella .
Millibus in mille cantor fuit optimus ille .
Praeter haec & ista fuit optimus Orgaque mista .*

Datur Iano hoc Hexastichum: placet summope-re, & curat insculpi marmori. Et Morus, ne nec historia periret, illam aeternae memoriae commendauit, his versibus ad Amicos transmissis.

*Scripti elegum Carmen, Iano me haerede rogante,
Quod tumultum Henrici, signet Abyngdonij,
Displicet: & doctis bene displicuisset, at illi
Displicet hoc tantum, si quid inest melius .
Non resonant illi versus, ait. illic sensu
Quales lactucas talia labra petant .
Ridendos ergo ridens effutio versus :
Hos vorat, applaudens Ianus utraque manu .
Hos tumulo insculpsit sub eundem protinus obdi,
Atque usdem dignus versibus ipse legi .
Ante retroque bifrons Ianus Deus, omnia vidit:
Talpa effrons videt hic Ianus utrimque nihil .*

XXV.



Praeter lachrymas etiam reperiuntur Leonini. Aliqui hoc genere consonantiarum delectati integros libros ediderunt: & inter ipsos Godofridus Viterbiensis, qui Nabuchodonosorem etymologicè pingit, & ait;

*Nabuc, id est, bubo: chadir, capra; nosora lepra .
Haec tria: singula tam bene consona nomina tetra:
Sunt Nabuchodonosor. Sic docuere Metra .
Armenae lingua noscas haec dicta fuisse;
Haec & ab Armenis fatear me sic didicisse:
A modo Rex idem somnia magna videt .*

Sic Nabuchdonosoris nomen interpretatur. Addam eiusdem Poetae carmen de Sardanapalo.

*Vltimus Assyria Rex, nomine Sardanapla,
Fecerat ex pluma plumatia clausus in Aula,
Facta suis digitis culcitra prima fuit.
Fila videns Regem contexere turba virorum,
Obstupuit dicens, Perit decus Assyriorum,
Famneus Rex est, famineusque thronus.*

Interim aliquid addisco, etiam cum rideo, & hæc Tristicha lego. Disco igitur primò, non esse omninò contemnenda Tristicha, in quibus duo Hexametra claudat Pentametrum. Disco secundò in diphthongo AV. illo ævo non sonare V, vt vocalem, sed vt consonam: ita vt *avla* non multum differat ab *abla* aut *apla*: nam alias resonantia periret. Disco tertio, quisnam Viterbiensis opinione culcitrae inuentor sit.

✠ XXVI.



Ixi Leonina Carmina veteribus non fuisse cognita: non dixi à veteribus non fuisse condita: quoniam aliqua exciderunt interdum, in quibus non affectata consonantia inuenitur. Ouidiana sunt hæc:

*Nec nisi fructa per plurima pondera vita.
Si Troia fatis aliquid restare putatis.
Quor calum stellas, tot habet tua Roma puellas.
Ipse ego librorum video delicta meorum.
Quarebant flauos per nemus omne fauos.
Si mihi quod prodest, hoc tibi Lector obest.*

A R S.

Qua Leonini versus condi possunt.

✠ XXVII.



Vnt compositi hucusque arte nullâ, iam raro vel nunquam conduntur: & hanc ob rem non ero nimius in hac arte explicandâ. Interim, vt nihil arte careat, has lineas scribo.

Consonantiarum loca sunt penthemimeris & finis versus. & à locorum numero periodus vocabatur Diphona, Triphona, Tetrachona: &c. Diphona sunt, quorum periodus contenta est duobus locis: Triphona, quorum periodus postulat loca tria: &c.

Diphoni Hexametri.

aA. bB. cC. dD. eE. fF. &c.
aB. bC. cC. dE. eF. fG. &c.

✠ XXVIII.



Inas ideas carminum diphonon propositi: & consonantias penthemimeris parua litera, & alias, quæ in finem versus cadunt, capitali distinxi. Prima reperitur in istis quæ euulgauit Academia Viennensis, cum Ferdinandus III. Apostolica Regni Hungariæ laurea coronabatur.

*Iustitiam cura, clamant caelestia iura,
Præmia da dignis, pœnas inflige malignis.
Magnus amor Iuris non est in pectore furis,
Dum capit occultè quod non consumit inulte.
Comprime periuros, Babylonis destrue muros,
Fac superis festum nullum tolerando scelestum.
Pauperis ad vocem faciem depone ferocem,
Rege opus est dignum vultum monstrare benignum.
Mimis ne credas, verum procul inde recedas,
Blandus adulator non est sincerus amator.
Ne quere externos mores, imitare paternos,
Est via virtutis secura magistra salutis.
Ne te terrenis stringi patiaris habenis,
Res malè mensurat, quisquis mortalia curat.
Sperne voluptates cœli subiture penates,
Clauditur aternum, quisquis semel intrat Auernum:
Pluma, Venus, Vinum regnum domuere Latimum,
Dum faciunt mites ad Martia bella Quirites.
Quàm bene nunc flores, dum regni scandis honores!
Sed matutinam, caue, ne patiare pruinam.
Proser & obdura, nec ulla grauamina cura,
Post modicum fellis dabitur tibi copia mellis.
Ad mortis metas currit velociter ætas,
Fac bene dum viuus, res est gratissima Diuis.*

Secundam Diphonon Versuum ideam non reperio apud veteres, sed ad illam Hexametra hæc pauca conformo.

*Hæremus dubij: nox abstulit atra colores,
Nam nigri mores luci se credere nolunt.
Doctos astra colunt, indoctos prouida tellus
Asserit esse scelus venerari. Regnat Apollo,
Præsider atque solo sperio generosa Thalia
Quæ virtute pia necnon splendore sereno,
Musarum pleno numero dat carmina mira,
Quæ cantare lyra possint in pegmate amano.*

Triphoni Hexametri.

aBa. BcB. cDc. DeD. &c.

✠ XXIX.



Aiori artificio versus componitur Triphoni; at in illo interdum viri celeberrimi hallucinantur; meam consule Rhythmicam, in qua D. Cancrini celeberrimi Poetæ errores eximios notavi. Alij Religiosius leges ab arte præfixas obseruant. De hac ideam, & exemplum subscribo.

*Virgo potens, Christi mater sanctissima: amaram
Vocem exaudisti * populi venientis ad aram
Serrari-montis. Cæli es pia ianua. Claram *
Diuini fontis Virgo undam candida adauge,
Cæli & horizontis rutilas quæ semper in auge.
Stellulæ ternas quasque consonantias distinguunt
[Augem vocant Astronomi summam absidens
orbitæ Planetariæ.]*



Versus Tetraphoni.

aBaB. cDcD. eFeF. gHgH. &c.
aBbA. cDdC. eFfE. gHhG. &c.

☞ XXX.

Hæc periodis distichis compleri poterunt : & illa illustro his exemplis .

Fuit Garzia de Verâ à nobilibus parentibus ortus; in pueritia & adolescentia liberalibus literis operam dedit, & multum profecit in singulis . Postea, vt tulerunt tempora, Regi & Patriæ in militia seruiuit, in qua fuit ad magnas dignitates promotus . Sæculo tandem valedicens habitum Cisterciensem suscepit in Monasterio de Huerta apud Hispanos : & ibidem virtutibus clarus quieuit in Domino, & sepultus est in Mausoleo eleuato ad ostium capituli in claustris . Et lapidis inscriptio est hæc ,

*Hæc metra Garzia de vera inscribere cogor ,
Per quem creuit honor equitum, cultusque sophia .
Magnanimis magnus, fuit & ferus hostibus hostis ,
Et veluti nostis, vt leo, placabilis agnus .
Consilio fretus pacis vel tempore guerræ
Aspera perferre didicit vel prospera lætus .
Horta virum talem tantum procul exule sorde
Compunctum corde, cultum tulit ad Monachalem .*

Hi versus characteribus distincti Gotticis etiãnum in ipsomet saxo leguntur .

Eadem arte scriptum fuit Ioannis Rickingalis, S. Th. Doctoris, & supremi Cancellarij Cantabrigensis Academiæ apud Anglos Episcopi, postea Cecestrensis Epitaphium . illud subiungo .

*En modò qualis eris ! quid mundi quaris honores ?
Crimina deploras, & me nunc speculeris .*

Altera Versuum tetraphonon idea etiam debet aliquo exemplo confirmari . Propono ergo Epitaphium Ludouici de Beaumon Episcopi Dunelmensis in Angliã, in quo leguntur isti versus .

*De Bello-monte iacet hęc Ludouicus huiusmodi,
Nobilis ex fonte Regum Comitumque creatus .*

Possent Disticha Elegiaca tetraphono concentu exornari : possent etiam fieri versus Pentaphoni, Hexaphoni: &c. sed quoniam isti numeri sunt duriores, & insolentiores, non est cur de illis vberius differamus .

Sapphici Heptaphoni.

aBaBcBC. dEdEfEF.

☞ XXXI.

Constant septem membris, & videntur totidem recipere posse consonantias . Essent multæ possibiles, at non omnes auri cultæ & politæ gratæ . Ideam, quæ placuit, dedimus, illã exemplo aliquo ornemus . *Mors parit nulli .* Claudianus .

*Pauper occumbit : moritur Monarcha :
Pieta succumbit : cadit & Tetrarcha :
Ira perdurat, furibunda Parca .
Cuncta liturat .*

Possunt consonantiarum loca aliter distingui, & componi, sed iste modus mihi arrisit, tu alium pone, si velis .

Hexametri Ogdoaphoni.

aBaBaBcC. dEdEdEfF.

☞ XXXII.



Homas Cramnerus, Archiepiscopus Canthuariensis in Angliã ob hæresim & pernicitiam flammis damnatus est . Casum Rodolphus Skinnerus concelebrat, & hæresiarchæ cor, toto corpore in cineres reducto, illæsum permansisse mentitur, & insolenti in Deum & Ecclesiam Orthodoxam stilo, has blasphemias scribit .

*Succubuit Sanctus Præsul Cramnerus iniqua
Pontificum rabie, fraude, doloque perit. &c.*

Hæc impia carmina ante annos multos Parodiã & antiphraasi vsus, ad sequentia reduxi : in quibus si quid in Profodiæ leges videatur delinquere (nã vox Papatus . habere deberet primam longam non nobis imputandum, qui priorum versusum voces & numeros quantũ permisit Parodia, retinuimus .

*Succubuit sceleratus homo Cramnerus, iniquos .
Schismaticos inter fraude doloque prior .*

*Quod verbi Strygy tenebris difflare Papatum
Est & conatus templa negare Deo .*

*Quodque Antichristi præcursor, in impia, regna
Anglica conuertit : vix toleranda diu !*

*Impius inclemens crispanti addicitur igni,
Et dant Hæretici membra cremanda viri .*

*Vt ventum, Lictor dextram porrexit in ignem,
Porrectamque tenens talia verba dedit .*

*Prima (ò!) peccasti, primum & sentire dolorem
Debes, ò summo dextra inimica Deo .*

*Et meritò, siquidem dextrã oppugnauerat Orbem
Romanum : Summum Pontificumque fidem .*

*Immotam tenuit, dum deflagrauevit omnis
In cineres, totam dum cecidisse videt .*

*Cætera cum pereant flammã : referente Poetã,
Permanet illesum cor ubi flamma perit .*

*Vtitur aut, Metris semper concessa facultas
Quæ fuit, aut versu vera Poeta canit .*

*Si primum : Hæretico addictus mendacia cantat,
Nam consumpta rei corda fuere foco .*

*Si tamen indicium verum probet esse secundum,
Siquid miramur, Dæmonis astus erit .*

Hæc omnia sunt præmissa, vt intelligantur ogdoaphoni versus, qui sequuntur .

*Romana Mundi iubar est Ecclesia : Cæli
Est lampas mundi : & populo crux dura rebellis ;
Hæretici immundi hoc debent à culmine pelli
Comburi hęc flammis, quas claudat Auernicus annis*

*Thomæ Cramnero dederunt Ecclesia honorem ;
Iudicio à vero discessit propter amorem*

*Immundum : at verò gens huic Hispana decorem
Abstulit insignem, & meritum superaddidit ignem .*

*Vna salus gentis nostræ est Romana carina ;
Talem prudentes noscunt, renouantque ferina*

*Agmina serpentis, manet attamen ipsa ruina ;
Sunt torta in Mundo : in Strygio torquenda profundo .*

*In Romanã arcã gens est secura fidelis ;
Non timet à Parca, patitur quam turba rebellis :*

Hæc

*Hæc manet in parca Styge, & altera debita cœlis,
Hoc & cognoscit, sacra quisquis dogmata noscit.
Conspice Cramnerum, per vastas naufragus undas,
Conspice Skinnerum, tenebras petit ipse profundas
Infelix: verum nusquam pro hoc vota refundas;
Nam Stygium aduenit, nullos Deus unde redemit.*

Hexametri Decaphoni.

aBbA; aCcDd c. eFfE; eGgHhG.

☞ XXXIII.



Lias possem ideas proponere: sed modo placet Spinellia tetraphonio & hexaphonio composita. quam dilucidant sequentia carmina.

Ver.

Noctes æquales formabat Apollo diebus,
Splendorem rebus dederat speciosaque Pales.

Inter mortales spargebat lucis honorem.
Phœbus splendorem, & cœli prima astra tenebat.
Vnde refundebat cœlis terrisque decorem.

Aurora.

Phœbus horizontis tangebatur limina claro
Lumine: Sol raro ornatu depingere montes
Cœperat, & pontes radijs fabricare decoris.
Inter splendoris caliginis atque flauissas
Vmbas conscissas nostris prohibebatur ab oris.

Flora.

Aemula terra polis nunc est: venit aurea Flora,
Cedunt absque morâ nunc florida lumina Soles.
Vranix est proles, quâ ornat diademate Phœbus
Noctis enim rebus, quæ sustulit atra colores,
Reddit splendores bifugos velut alter Ephœbus

Possemus vltcrius progredi, & Strophas numerosiores conformare. Sed quo fructu, siquidem hæc Leonina Musa hoc æuo est à toto Parnasso proscripita?

A P O L L O

M E T R I C V S.

*Carminis has leges condendi publico: Lector
Dogmata dilauda nostra, vel ede tua.*

☞ XXXIV.



HYTHMICA, & Metrica facultates sunt duæ: illa omnibus populis communis, hæc Græcorum, & Latinorum propria: illa accentus, ista quantitates considerat. De Rhythmis disputavi superius: de Metris nunc acturus sum.

Sanè, si loqui rigorosè velimus, Carmen componitur versibus; quoniam Poema integrum dicitur *Carmen*: Versus Metris, nam aliqui dicuntur *Dimetri*, *Trimetri*, *Tetrametri*, *Pentametri*, *Hexametri*, &c. Metrum Pedibus, Pes syllabis: at iam voces confunduntur à vulgo, versusque & *Carmina*, & *Metra* vocantur. Et ego, quia hanc homonymiam apud alios obseruo, ne lineas has vlli confusioni aut æquiocationi exponam, Metrum in incompletum, & completum distinguo: & hoc confundi cum Versu patior, sed non illud. Adde definitiones.

I. Versus est vox (simplex aut composita) tot, & talia, & tali ordine Metra complectens.

II. Metrum est vox (simplex aut composita) tot, & tales, & tali ordine pedes complectens.

*III. Pes est vox (simplex aut composita) tot, & tales, & tali ordine syllabas complectens. Pono exempla. Versus Adonius est iste [-uu-] & clauditur hac voce simplici *Condideramus*. & hac composita *Carmina condo*. &c. Pes Dactylus est iste [-uu] & reperitur in hac simplici voce *Iuppiter*, & in hac composita *Vir pius*.*

Reperio apud alios Authores alias definitiones, eloquentius scriptas, sed non clariùs. Professores Gieseni asserunt *Pedem esse numerosam syllabarum dispositionem, certis temporibus definitam*: & debent subijcere, *Metrum esse numerosam pedum dispositionem certo ordine definitam*. At definitiones hæc & aliæ similes, obscuriores sunt nostris, & tamen bene examinatæ & expositæ in nostras incidunt.

M V S A I. M E T R I C A.

De Syllabarum quantitate.

XXXV.



N Grammaticâ de syllabarum quantitate differui : & quia fortè placebit alicui Metametricam hanc teor-
sim dare, ne re necessariissi-
mâ carere dicatur, eandem
doctrinam, & institutionem,
alio tamen modo, rescribo.

Syllabarum aliæ sunt breues, aliæ longæ, & aliæ indifferentes. Breues in prolatione sua consumunt vnū tempus, longæ duo : [vel aliter, nam mensura à proportione pendet : breues sunt, quæ semitempus : longæ, quæ integrum tempus impendunt. Vide num. 58. §. Aio.] Et tandem indifferentes sunt, quæ corripipi possunt, aut produci.

Sed quæ sunt breues? & quæ longæ? quæ indifferentes? Indifferentes multas congerit Apollo Ametricus, qui paulo post sequetur : vt verò à breuibis longas distinguas, has regulas obseruare debebis.

XXXVI.



N omina omnia & Verba, quæ in Grammatica pro variâdis nominibus & verbis, loco regularum ponuntur, qualia sunt *Musa, Dominus, &c. Amo, Doceo, &c.* aliorum, quæ ea sequuntur, incrementorum & finalium quantitates definiunt, exceptis illis, de quibus in specie agemus : nam in dictione *Geminorum* incrementum & vltima est sicut in dictione *Dominorum.* &c.

XXXVII.



P rater regulam istam generalem sciendum est, omnem vocalem ante duas consonantes; imò & ante vnicam, si illa sit I. X. aut Z. longam esse. vt *Arctus, Ajax, Axis, Gaza.* Vocalis natura breuis ante mutam & liquidam in prosa breuis, in carmine indifferens est. vt *Phœtra.* Si prior dictio desinat in consonantem, & immediate subsequens incipiat à consonante, vltima prioris dictionis vocalis longa est, vt *Vir sacer.* Si autem prior dictio desinat in vocalem breuem, & posterior incipiat à duabus consonantibus, vltima prioris dictionis syllaba breuis est, vt *Carmina scribe.* At hæc Regula non est omnium sententia vera, vt n. 110. videbitur.

XXXVIII.



M nis diphtongus longa est, excipe *Prein* compositione, si sequatur vocalis, vt *Præuro.* Horum etiam nominum quantitates considera, *Vniūgus, Bijiūgus, Triūgus, Quādrīūgus.* &c. in quibus j non habet vim duarum literarum.

XXXIX.



M ocalis ante vocalem breuis est, vt *Marius.* excipe vocatiuos his similes, *Pompeii, Cæi.* &c. Considera attentè istas voces, *Plæt'a, Eli'g'ia, Daviūs, Basiliūs, Cithërc'a, aër, aëriūs.* [Harum vocum *Idea, Orthographia, Philosophia,* & similibum in vltima producitur apud multos Authores, sed & ipsa etiam corripitur apud alios.

XL.



L itium geminantia præterita primam corripipiunt, vt *cecidi* à *cado*, *cecidi* à *cædo*, *momordi* (olim *m'mordi*) à *mordeo.* Præterita disyllaba sunt longa, vt *vidi, veni.* Excipiuntur nonnulla

v— : quæ statim dabimus. Composita se attemperant simplicibus: vnde *Abscidi* à *cædo* habet secundam longam; a *scindo* breuem. *Martialis; Abscidit vultus ensis uterque sacros.* *Catullus: Abscidit à misero frater adempte mihi.* (Sunt duo Pentametra.) In indicatiui perfecto habent Poetæ *Steterunt, Dederunt,* &c. & in subiunctiuo *rimus & ritus*, quorum penultimam aliquæ nationes corripipiunt, aliæ producunt, & aliæ distinguunt.

Vt melius cognoscatur singulorum præteritorum quantitas, hanc tabellam subiungo.

v —	carui	nitui	strepui
ii	cecidi	nocui	subij
	cecini	patui	tacui
bibi	colui	peperi	tenui
dedi	crepui	pepigi	repui
fidi	cupij	pepuli	terigi
fui	didici	petij	tonui
lui	docui	pupugi	tremui
rui	dolui	putrui	tribui
scidi	domui	rapui	tumui
steti	fremui	reperi	tutudi
fui	fricui	redij	valui
tuli.	gemui	retudi	vetui
o v —	genui	retuli	vigui
adij	iacui	rubui	virui
alui	latui	salij	v v —
egni	linij	sapui	volui
habui	madui	secui	vomui.
inij.	merui	senui	
obij	metui	silui	v — —
olui	micui	sirij	amaui
	molui	solui	abedi
calui	monui	sonui	abegi

abi-

abiuu	addidi	constiti	praescidi	uendidi	intremui	delinij	praeinui
adedi	adstiti	contudi	praestiti	uului	obstupui	deposui	praedidici
adiui	ambij	corrui	prodidi	Afferui	occinui	desecui	praedomui
adegi	arcui	credidi	profui	edomui	ocubui	desily	praemicui
ademi	argui	debui	prolui	elicui	occului	desipui	praemonui
iniui	arui	dedidi	propuli	emicui	commerui	demerui	praeposui
obiui	ebibi	desij	prorui	emimui	commolui	destitui	praeripui
cecid	excij	desij	proscidi	enecui	commonui	detinui	praualui
coegi	excidi	disceidi	protuli	enitui	composui	detonui	procubui
comedi	horru	dirui	putui	eripui	computru	diminui	progenui
cucurui	imbibi	stipuli	putru	erubui	concinui	diripui	promerui
cupiui	imbui	dormij	quasi	excolui	concrepui	discubui	promicui
deussi	incidi	ferbui	reddidi	exerui	concupij	discupij	prominui
diremi	irru	florui	repperi	expetij	confricui	displicui	proposui
si felli	obru	friendui	reppuli	expolij	congemui	disposui	proripui
inomordi	occidi	frondui	rescidi	euirui	consenui	dissecui	profily
pependi	edidi	langui	restiti	cuomui	conserui	differui	refricui
peperci	elui	malui	forbui	imadui	consonu	dissolui	restitui
poposci	erui	marcui	sordui	imminui	constitui	distinui	succinui
prehendi	impuli	messui	splendui	implicui	consului	distribui	succubui
peredi	indidi	miscui	squalui	imposui	conticui	percolui	seposui
peregi	candui	mutui	subdi	incolui	continui	percrepui	supposui
pranssi	censui	nexui	substui	increpui	contremui	perdomui	subticui
profudi	calru	nolui	sterti	incubui	contribui	perfricui	surrupui
quien	comperi	pallui	subdi	infremui	corripui	perpolij	—oo—
redegi	compuli	parui	subtuli	ingemui	conualui	personui	abbreniani
reduxi	comui	perdid	rabui	insenui	decubui	pertinui	ablaqueani
spopondi	conci	perlui	terrui	insenui	dedidici	perstrepu	accelerani
terendi	conci	perui	texui	insenui	dedocui	perremui	etc.
torondi	candidi	pinsui	torpui	insenui	defricui	posthabui	
abdidi	conscidi	praebui	torru	intonui			

¶ XLI.



Vpina dissyllaba habent primam longam: & multa sunt. Nonnulla à regula generali excipiuntur: horum quantitatem considera: datum à do, cĭtum à cieo. rĭtum, litum, rĭtum, sĭtum. sĭtum, itum, quĭtum cum compositis, vt addĭtum, adstĭtum, concĭtum, illĭtum, insĭtum, exĭtum, cognĭtum.

Habemus à sto statum, statĭs, à, um, statĭs, ūs, statĭrus. & in compositis manente A, constatum, constaturus: praestatus, praestaturus: &c.

Et ab ambio habemus ambĭbam, ambĭebam: ambĭtus, d, um, ambĭtus, ūs. ambĭtĭo, onis. ambĭtiosus: &c.

¶ XLII.



Asus, Deriuata, & Composita, siue mutet vnam vocalem in aliam, siue non, sequuntur quantitatem suae originis: vt Dominus. Domini, Dominorum, &c.

Legō, legēbam, legam, legērem: &c. Legō, intelligō, sēligō, intelligō. &c.

In compositione hae propositiones breues sunt: ab, ad, ante, circum, in, ob, per, re, sub, super: Hae longae ē, de, di, si. Apud Graecos a, & pro breues sunt: apud Latinos longae. Re, si duplicetur sequens litera, etiam est longa, vt resert, rēlligō.

Quando vna dictio ē duabus componitur, si

prior terminetur in e, vel i, hae syllabae erunt breues, vt Liquefaciō, tremefaciō, omnipotens, Lucifer &c. apud Graecos o, & o, in simili compositione breues sunt, ω longa, vt Polydorus, Astrolagus, Gēmētra.

¶ XLIII.



Ominum, Pronominum, Verborum & Participiorum, incrementa, & vltimas syllabas, earumque quantitatem fere habes in declinationibus: nihilominus pauca hae notamus.

Vocatiui Graeci in a, sunt longi, vt anēā, aīlā & datiu, alique obliqui, in i, vel y, etiam apud Graecos sunt breues, vt Palladi, Moly.

E, in fine corripitur vt anē, nempē. Aduerbia ab adiectiuis secundae declinationis, habent e, longum, vt longē. nam aduerbia à tertiā declinatione nata, breuia sunt, vt facīlē, sublimē.

O, in fine est indifferens, vt quando, vigilandō. Graeca in ω sunt longa, vt Androgēo. item aduerbia à nominibus orta, vt multō, meritō, subitō.

In fine B, D, L, M, R, IS, T, & polysyllaba in us, breuia sunt, vt ab, ad, consul, circum-ago, wītis, Tiphys, amat, et Dominus.

At verò longae sunt C, N, AS, ES, OS, vt sit, Titān, fās, nēfās, amās, locuples, Herōs. [Apud Graecos N, est breuis in fine accusatiui, cuius nominatiuus

tius habet vltimam breuem, vt *scorpiōs, scorpiōn*: *Thērys, Thēryn*.] *Thērys* habet primam longam, & vltimam indifferentem.

XLIV.



Lisio contingit hoc modo. Cum prior dictio desinit in vocalem aut M. & altera incipit a vocali, vltima primæ dictionis eliditur. Et hæc ipsa elisio, si sit puræ vocalis, dicitur *Synalepha*: si vocalis & consonantis M. nominatur *Echthipsis*. Pono exemplum.

Ecce inter primos Toletum armatus inuit.
 Heroicus versus est, & sic debet scandi.
Ecce inter primos Tolet' armatus inuit.
 Hodie (& nota id bene) elisio videtur ad mentem pertinere: quia syllabæ, quæ elidi dicuntur, æquæ ac cæteræ scribuntur & pronunciantur.

XLV.



Ræter hæc notandum omninò est, esse quædã vocabula, quæ & leges Grammaticas, & exceptiones, quas posuimus, fastidiunt, & irregularia nominantur. Ea subscribo.

IRREGVLARIA.

<i>Arbor arbōs arbōris</i>	<i>cūs, causidicus, veridicus.</i> &c.
<i>Arēo, arēsta</i>	
<i>Anthrax, anthracis</i>	<i>Dirimō, is, dirimē</i>
<i>Atax, atacis</i>	<i>Difertus. Desertus</i>
<i>Anas, anatis</i>	<i>Dropax, dropacis</i>
<i>Athrax, athracis</i>	<i>Dis, diris</i>
<i>Aer, aeris</i>	<i>Dō, das, dabam, as, dabō,</i> <i>bis.</i>
<i>Attamen</i>	<i>Dā, datō, datē, datōtē dantō</i>
<i>abscindō, abscidi</i>	<i>Dārem, dārē, dēdī. istī,</i> <i>&c.</i>
<i>Adēo. aduerb.</i>	<i>Datum. & composita, vt</i> <i>venundō;</i>
<i>an</i>	<i>venundabam. &c. venundē-</i> <i>di. &c.</i>
<i>Bene</i>	<i>venundatum. venundatū-</i> <i>rus.</i>
<i>Bigā, trīgā, quadrīgā</i>	<i>Primum incrementum</i> <i>in A, semper breue</i> <i>est in Do.</i>
<i>Biduum, triduum, quatri-</i> <i>dium [quatūor, quater]</i>	<i>Dūo, dūa, dūo,</i> <i>dōnec</i>
<i>Bos, bouis</i>	<i>ērix, ēricis</i>
<i>Bacchar, baccharis</i>	<i>ēiā</i>
<i>Beatrix beatrix</i>	<i>Fōnēo: es. fōnē</i>
<i>catera aduerb.</i>	<i>Fomes, itis</i>
<i>climax climacis</i>	<i>Fornix, fornacis</i>
<i>cōxendix, cōxendicis</i>	<i>Fūr, furis</i>
<i>cilix, cilicis</i>	<i>frūgis, frūgi, frūgem</i>
<i>chanix, chanicis</i>	<i>Fāmes, is, ī, em. ē</i>
<i>calix, calicis</i>	<i>Fērē, fermē</i>
<i>calyx, calycis</i>	<i>Fār, farris</i>
<i>citō aduerb.</i>	<i>Forsān. forsitan</i>
<i>coccix coccygis</i>	<i>Clis gliris</i>
<i>cappadox cappadocis</i>	<i>Cryps, gryphis incr. long.</i>
<i>cyclops, cyclopis</i>	
<i>cercops, cercopis</i>	
<i>cētē</i>	
<i>cānēo, es, cānē</i>	
<i>cūr</i>	
<i>celtiber</i>	
<i>Dicō, Maledicus, Bénédi-</i>	

Hydrops hydrōpis
Hodiē: hoc diē
Hic, hæc, hoc. hic aduerb.
Hæres, hæredis
Histris, histicis
ibi, ibidem.
idem, eadem, idem.
ilicet, scilicet
Iubar, Iubaris
iber, erī, b, eris.
hinc celtiber
itā, itanē
idēo
Immo, imō
in, in: o &c.
iter itinēris
Iūro, de: erō
Lātō, es: laternā
Lūcēo, es. lucernā
Lār, laris
Lōcuples, locuplētis
Lis litis.
Lārex, laricis
Lēpus, lepōris
Lēpor, lepōris
Lux, lucis
Mouō, mobile
Meliphyllōn
Mēridiēs
Mās, maris.
Mercēdis
Mastix, mastigis
Mēmōr, mēmōris
Mālē
Mōdō, aduerb. quomōdō
dummodō, post modō
Nūbō, is, pronūba, imūba
Nēquis, a, od, id
Nēquaquam
Nēquidquam
Nēquandō
Nectār, nectāris
nestis, nestis
nātrix, nātricis
nix, niuis.
nisi
nīl, nīl: nīlūm, nec hī-
lūm
nēc, vel, nē: sed nē?
ō: ohē
ōs ōris
ōs ofsis
ōnyx onychis, sardonix, Sar-
dōnychis incr. br.
Pronipos, pronepotis
Proneptis, tis
Profundō, as Profundūs.
Profundō, is
Profūgiō, Profūgūs
Profestus

Profiteor
Profanus
Profar, profaris
Proficiscor, eris
Propetō
Procellā
Propagō, genus, & vitis.
Propinō
Procurro
Par, paris. sic composita,
vt Compar, Dispar.
Suppar.
Par. compos, compotis, &
impōs, impōtis
Panax, panacis
Pix, picis.
Pus, pōdōs, sequuntur cō-
posita, vt tripūs, odīs.
Præcox, præcōcis
Pollux, pollucis
Postea
Pro
Penes
Quotidiē, quotidiānis
Quies, quietis
Quir ites
Quia
Quarē. l. quā-rē
Quasi
Regō, regulā.
Sopio, sopor, sopitūs
semisopitūs
Siquis, siquā, siquod
Scilicet, ilicet
Sal, salis
Smilax, smilacis
Styrax styracis, est y. br.
Samnis samnitis
Salex, salicis
Silex, silicis
Sto, stās, stēt, statum
Sciō, nesciō
Serō, aduerb.
Sol solis
Tamen, attamen
Tibicens tibicinis
Trinacriā
Tempē
Vadō, dis, vadum
Veneficus
Videlicet
Vbique, ubicumque
Vipera, a.
Vas, vadis
vās, vāsīs, vāsā ōrum
vibex vibicis
varix, varicis
verūs: aduerb. verō.
vis, nom. & verb.
ver veris
viden? vides-ne?

M V S A I I . F V N D A M E N T A L I S .

Quam Metrogononiam appellamus .

XXIV.



V N C scire dicimur, cum rei causas, & prima elementa, & fundamenta penetramus. Ita Aristoteles Physicæ lib. 1. cap. 1. text. 1. Ergo, ut Artem Metricam scire dicamur, oportebit versuum causas, & elementa omnia cognoscere. Agemus igitur

de versuum causis (Authoribus) elementis (pedibus) & origine: & quia materia copiosa est, quantam claritas toleret, breuitatem sectabimur.

A R T I C V L V S I .

De Nomine, & Obiecto huius Artis, seu Musæ.

XLVII.



Quam Metrogoniam vocari volui, est quedam Metrica Fundamentalis, cuius debet essentia, nomenque, in ipso principio explicari. Est igitur, si Græcè scribatur, *Metron*, Anterior voci nota est: *Metron* enim, licet ex prima sua institutione generalius significet, & pro mensura qualibet usurpetur, in Poetica habet significationem contractiorem, & numerum syllabarum denotat, quem *Versum* dicimus. Posterior, si proveniat à γόρυ, quod flexum & angulorum est, ponitur pro loco secreto & abdito, in quo aliqua conduntur: si autem derivetur à γάω (contractim γῶ) quod est Gigno, Pario, Produco, ponitur pro Principio aut Origine: vne sicut *Ἐτογονίαν*, *Deorum genesim* dixit Heliodorus, nos *μετρογονίαν genesim Versuum* appellabimus.

Hinc patet Metrogoniam Artem esse ingeniosam & nouam, quæ docet, Metra condere: explicatque vbi contineantur & abscondantur, & vnde & qualiter in lucem prodeant.

In ipso Philosophicarum Acroasium limine tunc nos rem aliquam scire, aiunt Philosophi, cum eius principia & causas percallemus: Artem igitur Poeticam nesciunt, qui ignorant originem versuum & causam. Ergo ut huic malo obuiam iretur, Metrogoniam inuenire debuimus, quæ nihil aliud est, quàm quedam *Metrica Fundamentalis*, quæ ad prima Poeticæ principia & fundamenta oculos intellectus conuertit, & versuum originem & causas examinat.


A R T I C V L V S I I .

De Characteribus, quibus utimur Metrogonia.

XLVIII.



Pluribus, quos in Mathematicâ vsu po, quatuor seligo, ut rem totam expedit: videlicet [ο — α — β] Primus notat breuem syllabam, secundus longam; tertius duas breues aut vnam longam disiunctiuè: quartus longam vel breuem vbi enim iste character ponitur, scribere syllabam longam aut breuem perinde est. Indigeo duobus characteribus alijs, quibus silentia exprimantur: sunt hi [s. ff.] & prior significet silentium breue (simplex;) posterior longum (duplex.) Facilius id exponam, si vtar characteribus Musicis.



Secundus significat syllabam breuem; Primus longam, hoc est duplo extensioem & productiorem breui; tertius ligat duas notas, & ligando illas insinuat à se notari & postulari, aut vnam longam aut duas breues: quintus silentium paruum, quatuor magnum; quorum illud syllabæ breui, & istud longæ correspondet.

Possent vti alijs modis, in omnibus enim secunda vox respectu primæ, & secunda pausa respectu primæ subdupla est. Cæterum, ut mecum calamum attemperem alijs, qui de hac re scripserunt, & mihi etiam sim similis, characteribus vtar, quos modus expressius præ se tulit: nam in illo duobus semibreues vni Tactus seu Metro correspondent. Interim, si aliquis malit vti alijs modis, perinde erit, modo inter se longæ & breues duplam proportionem obseruent. Ut autem omnia, quæ sunt necessaria, dicantur, non nihil de Tactu subiungo: non enim est animus omnia exponere, quæ illum concernunt, sed illa tantum, sine quibus non possem mentem meam repræsentare.

XLIX.



Tactus (Hisp. *El Compas*: Italicè *La Battuta*; Germanicè *Schlag*; Latinè *Pes*; Gallicè *La Mesur*; Belgicè *De Maet*; Cræcè *Metron*) est mensura temporis, nisi enim aliquis motu manûs temporis metiretur, non possent plures voces concurrere, & debitis momentis consonare. Vocum etymon & rationem subiungo.

Circinus ab Hispanis dicitur *El Compas*. & quia sicut circini extremitatibus metitur longitudinem lineæ: (puta, digiti, palmi, pedis) quæ pluries repetita dabit, longitudinem domus, urbis, provinciae, &c. sic etiam tactibus metimur tempora, quæ repetita dabunt longitudinem Carici. Hispani igitur vocem à Quantitate permanente ad successivam transtulerunt, & temporum mensuram in Musicis *Compas*, hoc est, *Circinum* appellarunt.

Italus motum illum respexit, quo distinguuntur Tactus, & quia apud illos *Battere* est pulsare & percutere, pulsatio & percussio illa, qua Tactus Musici distinguuntur, *la Battuta* vocatur.

Eandem ob causam Germanicum nomen obtinuit: nam *Schlag* à percutiendo deriuatur.

Hæc tempora, quæ singulis percussionibus respondent, Græcè dicuntur *Metra*, hoc est, *Mensura*, generali vocabulo.

Græcos sequuntur Galli, & aliæ Gentes. Has easdem mensuras Latinus *Pedes* vocat, vel quòd curramus pedibus, vel quòd pedibus provincias & regna metiamur.

Tactus, quia ex depressione & elevatione manus nascitur, in duas partes diuiditur, quarum prior vocatur *Thesis*, posterior *Arsis*.

Tactus est duplex Epicus & Lyricus: in illo æquali tempore manus & descendit & adscendit; in isto inæquali; nam vnum tempus Tactus Epicus in excursu, & alterum in recurso consumit, vnde Cantica Epica dicuntur æquali proportione procedere; nam *Thesis* est qualis *Arsis*. At verò Tactus Lyricus duplum tempus in descensu (*thesis*) quam in adscensu (*arsis*) (& hoc Trochaicè) aut contra (& hoc Iambicè) impendit; & hæc proportio vocatur sesqui altera; qualis reperitur inter 8 & 12. inter 4 & 6. inter 2 & 3. inter 1 & 1½. nam si in ita medium tempus consumitur, & vnu integrum in reditu, vnico tactui tempus & medium respondebit. His positis Regulas practicas ponamus.

I. *Musica Epica illa est, quæ per æquales Thesis & Arsis durationes percurrit (in quâ videlicet tantum descendendo manus tenet, quantum adscendendo consumit) Admittit in singulis tactibus duas semibreues, aut quatuor minimas [qui aliter loqui volunt, proportionales perturbant.] Hæc Musica nullo speciali caractere notatur: ubi enim Lyricus non exprimitur, Epicus subintelligi debet.*

II. *Musica Lyrica illa est, quæ per inæquales Thesis & Arsis durationes percurrit (in quâ videlicet manus adscendendo maius vel minus tempus quam descendendo consumit) admittit in singulis tactibus tres minimas, aut semibreuem cum minima, & vno ex istis caracteribus significatur.*

3 | 6 | 9 | 12 | 15 | 18 | &c.

2 | 4 | 6 | 8 | 10 | 12 | &c.

& sequialtera ab omnibus vocari solet.

III. *Modus, est Musicae qualitas, quæ iubet voces aut tardius aut velocius desuere. Tardus vocatur Perfectus, & hoc modo O pingitur. Velox autem dicitur Imperfectus, & pingitur hoc modo C. apud aliquos verò sic*

1 | 2 | 4 | 6 | 8 | 12 | 14 | &c.

1 | 1 | 2 | 3 | 4 | 6 | 7 | &c.

Modus velox singulis notis mediâ valoris partem aufert; quam ob rem, si modus perfectus singulis Tactibus binas semibreues cooptat cooptabit imperfectus quaternas.

ARTICVLVS III.


De primo Carmine.

¶ L.



Eritò Veteres Poeticam accensent Apollini; ipse enim prius fuit, qui voces & numeros impetu naturali profusos ad methodum & artem reduxit. Historiam recenset ex Antiquis Athenæus, & Terentianus; ex Iunioribus autem Scaliger, *lib. 2. cap. 30. & 37.* Christophorus Heluicus, & Conradus Bachmannus *in Poeticis lib. 2. cap. 3. §. 1.* illam paucis repono.

Vt finem habuit Deucalionis diluuium, è putredine natus fuit serpens perniciosissimus, quem *pitona* à *pitêd*, quod est *putredo* nominarunt. Nocebat ille plurimis, & nemo erat, qui in eum auderet. Superuênit Apollo, & pietate generosa commotus, vt Delphicos liberaret à periculo, monstrum inuasit, & sagittis confecit. Illum arcum animosæ intendentem accolere terrore aut periculosi aut deiecti, exclamatione hac tardè pronuntiata animarunt.




in paan: in paan: in paan:

Est autem in lætitia quædam interiectio, qua aut homines ad res claras faciendas exhortamur; aut ob genere gestas celebramus.

Et *Paan* deriuatur *pano*, quod est *finem impono*, prius, *coerceo*, nam *PEAN* apud Hebreos est *finis*. Dicebant ergo Græcè in *paan*, qui Latine dicerent, *Euax, cia, macte animo, qui finem imponis malo publico, monstrum horrendum vitæ priuas, & nobis infensorum Numinum potestatem coeres.*


Cæruleus tali prostratus Apolline Python (Claud. 7. Paneg.) suo lapsu restituit annimos Accolis; qui intercisa acclamatione victoriam celebrarunt dicentes,



su — su — su — su — su — su —


in paan: in paan: in paan:

Pedem à pede separant intercadentiæ, & alteratis pulsibus & cordis motibus sytoles & diastoles differentia in voce euidenter percipitur. Restimunt animos, & concitatore voce pausis intermissis occlamant.



υ — υ — υ — υ — υ — υ —
 ἰν̄ παῦν ἰν̄ παῦν ἰν̄ παῦν

Alij interim timoris prius concepti tarditatem cum lætitiæ superuenientis velocitate committentes, dicebant,



— s υ — — s υ — — s υ —
 ἰν̄ παῦν: ἰν̄ παῦν: ἰν̄ παῦν:

Hinc nata sunt duo Iambicorum carminum genera: alterum quod homogeneas alterum quod heterogeneas, partes habet, de quibus suo loco disputabo.

ARTICVLVS IV.

De Carmine spondaico puro, seu Materia prima Poetica.

LI.



Materia, quam Philosophi nominant Primam, latere de facto omnes Corporeas Formas, multorum est Veterum & Iuniorum Opinio: cum enim lignum exempli gratia in ignem transit, non inducitur in illud Forma noua, quæ abfuerit, nec expellitur Forma præcedens, sed noua quæ latuerat, educitur; & antiqua quæ patuerat, iterum occultatur. Doctrinam hanc Aristoteles explicat, ad materiam artificialem recurrens. Ex rudi enim lapide potius conficere globum, cubum, pyramidem: &c. caput equi, vel hominis, &c. Feceris caput Cæsaris. Deoisti, interrogo, aliquid lapidi, quod non habuerit: an tantum partes superfluas abstulisti? Ergo illa superficies, quæ Cæsaris caput conformat, ibi erat: at prius non erat vltima, sed latebat infra partes, quas cælum abstulit. Vnde mirum est Peripateticos *Eduktionis* vocabulo, Inductionem intelligere, & contra Magistri sui mentem negare Formas præexistere & latere in Materia: & asserere illas de nouo in materiam venire: nam, si id esset verum induci illas, non autem educi contingeret.

Quod in Philosophia (Naturali & Artificiali) Materia prima, hoc in Mata-metrica Carmen Spondaicum purum: in illo enim, velut in marmore omnes figuræ, omnia versuum genera continentur & latent. Nam sicut sola diuisione & ablatione partium superfluarum e saxo figuræ exoriuntur, ita etiam sola diuisione & ablatione syllabarum, exoriuntur ex spondaico omnia genera Carminum. Quod ipsum breuiter bemonstrabimus & dilucidabimus.

ARTICVLVS V.

De Spondeo, & Pedibus ab illo natis.

LII.



Carmen Spondaicum purum dicitur, quod tantum ex spondeis pedibus coalescit: est autem spondeus, qui duas syllabas habet longas, vt *Prudens*, vel in Delphicorum carmine Apollini cantato, *Paân*. Quia tempus longum in duo breuia diuiditur, & breue quodlibet potest pronuciari aut taceri, ideo ex spondeo plurimi pedes suboriuntur sus subijcio, & expono.

Spondeus grandis & stabilis est propter tarditatem & pondus: non ergo *Spondias* dicitur ab *spondi*, seu festinatione, sed à *spondi* libamine, quod in sacrificijs, in quibus omnia tarde & grauitate erant faciēda, esset frequens. Illum Aufonius *Lentipedem*. Alij *Heroum*, *Deliacum*, & *Gradium* appellant. Duas syllabas habet, quarum quælibet duobus temporibus breuibus, vel vni longo correspondeat, vt *Princeps*.


Si Spondei prima nota in duas correpta dissoluatur, erit Pes Anapæstus, vt *Animans*. Multi hunc pedem *Dactylum retroactum* appellant. Sed cur? Nonne eodem poterunt iure Dactylum dicere *Anapæstum retroactum*?

Si in pausam conuenientem notam primam anapæsti conuertas habebis Pedem Imbum, vt *Parens*. Pes iste *Præpes* vocatur à Terentio, ab Aufonio *Volucripes*. Hunc & Trochæum, de quo inferius, *Cursor* Rufinus appellat.


Si autem in eodem Anapæsto pauset nota vltima, quæ producta est, & duobus temporibus breuibus correspondet, resultabit *Pyrrhichius*, vt *Deus*. Hic pes, vt alijs placet, à saltatione; vt alijs, à *Pyrrho*, qui victoriam adeptus, frequentibus *Pyrrhichijs* fuit laudatus, nomen tulit.

Soluimus spondei notam primam secundam irrefracta manente: modo contra iubentes primæ esse integræ, dissoluamus secundam, pedesque, qui ex dissolutione ipsa oriuntur, exponamus.


Pes, qui habet primam longam, & duas sequentes breues, vt *Iuppiter*, vocatur Dactylus. Habere nomen dicitur à similitudine, at illam ego nec in dactylo (fructu,) nec in dactylo (digito) inuenio. Ergo sic ille dicitur, quia sic Nomenclatoribus antiquis placuit.




Princeps.




Animans.




Parens.




Deus.




Iuppiter.



Si vltima filere iubeatur, & eius loco pausam correspondentem colloces, suboriatur Trochæus, qui duas syllabas, primam longam, & secundam breuem habeat, vt *Musa*. Pes iste *Cursor* vocatur à Rufino; *Rotulus* & *Rotatilis* ab Aristotele. Et quia Mercurius apud Deos *Cursoris* fingitur habere officium, eidem est sacer, & ab illo nomen sortitur, & ideo etiam *Mercurius*, aut *Mercurialis* nominatur. Hunc quod frequenter cantaretur in choro, *Chorem* appellant Cicero & Quintilianus.




Musa.



Salutantes,


Imperantes,



Præcogniti,


Commendantur.

Si vtramque notam dissoluamus, inueniemus Pedem Proceleusmaticum, habentem quatuor syllabas breues, vt *Dominicus*.




Dominicus.

Si prima aut vltima nota Proceleusmatici iubeatur in pausam transire, manebunt tres syllabæ breues, quæ Tribrachyn pedem cõstituens, vt *Dominus*.




Dominus.

Ex istis pedibus componuntur Bipedes; voco autem bipedes illos, qui constant duobus pedibus simplicibus, quorum notissimus est Dispondeus, compositus quatuor syllabis longis, vt *Conculcantes*.




Conculcantes.

Si vltima fileat & in pausam vertatur, prædibit Molossus, qui tres syllabas longas postulat, vt *Maiestas*.




Maiestas.

Pœones quatuor syllabas habent, tres breues & vnam longam. Primus primam, Secundus secundam, Tertius tertiam, Quartus quartam, vt *Magnificus*, *Beatior*, *Generosus*, *Coluerant*. Notas subijcio.



Magnificus.

Beatior.



Generosus.

Coluerant.

Primus Pœon ex Trochæo & Pyrrhichio; Secundus ex Iambo & Pyrrhichio; Tertius ex Pyrrhichio & Trochæo; & Quartus ex Pyrrhichio & Iambo coalescit.


Pœonibus opponuntur Epitriti, nam vnam breuem habent, & tres longas: Primus videlicet primam; Secundus secundam; Tertius tertiam; Quartus denique quartam: vt *Salutantes*, *Imperantes*, *Præcogniti*, *Commendantur*. Notas subscribo.

Primus Iambo & Spondeo, Secundus Trochæo & Spondeo, Tertius Spondeo & Iambo, Quartus Spondeo & Trochæo constituitur.

Ionici etiam Tetrasyllabi sunt, & sicut Pœones vnam omnes longam, & tres breues: & sicut Epitriti vnam omnes breuem & tres longas; sic etiam omnes Ionici habent duas longas, & duas breues. Pœones plures, quàm quatuor, esse nequeunt; item Epitriti: at Ionici debent necessario esse sex. Notas subsequentes considera.

	Pœones		Ionij
I	— v v v	I	v v — —
II	v — v v	II	— — v v
III	v v — v	III	v — — v
IV	v v v —	IV	— v v —
		V	v — v —
		VI	— v — v
	Epitriti		
I	v — — —		
II	— v — —		
III	— — v —		
IV	— — — v		


Primus Ionius *Maiores* dicitur, & constat Pyrrhichio & Spondeo, vt *Paraphrastes*. Secundus, qui dicitur *Minor*, illi opponitur, constat enim Spondeo & Pyrrhichio, vt *Sanctissimus*. Mensuram reponunt istæ Notæ.



Paraphrastes.

Sanctissimus.

Tertius habet primam & vltimam breuem & intermedias longas: Quartus contra primam & vltimam longam, alias breues. vt *Adulator*, & *Insidians*.




Adulator.

Insidians.


Ille *Antipastus* dicitur; & constat Iambo & Trochæo: iste vero Trochæo & Iambo & *Choriambus* vocatur.

Bacchius ex Antipastio nascitur, si enim ultimam in pausam conuertas, manebit Pes trisyllabus, in quo prima sit breuis, & longæ cæteræ, vt *Salutans*.



Salutans.


In quinto & sexto pede Ionio ponuntur alternatiue longæ & breuis in illo quidem sic *u — u —*: in isto vero sic *— u — u*: vt *Sodalitas* & *Seruitudo*.



Sodalitas. Seruitudo.


Ex duobus Iambis constat ille, & ideò *Dijambus* dicitur: iste ex duobus Trochæis, & ideò *Ditrochæus* appellatur. Illi autem, qui Trochæum vocant *Choræum*, hunc dicunt *Dichoræum*, ex eadem causâ.

Si fileat vltima nota in *Dijambo*, manebit breuis longa & breuis, quæ constituent *Amphibrachym*, vt *Beatus*.



Beatus.

Si vero in *Ditrochæo* fileat & in pausam conuertatur vltima, supererunt longa breuis & longa, & hanc ob rem pes *Amphimacerus*, vt *Excitans*.



Excitans.

Sic fluunt Pedes omnes ab Spondeo. Et quidem tametsi nosse præcedentes sufficeret, vberioris doctrinæ gratiâ volo tabulam sequentem subiungere, in quâ & præcedentes debito ordine, & alios multos, quibus Authores vtuntur, inuenies.

Pedes Monosyllabi.

- Anonymus *u Vir.*
- Anonymus *— Nox.*

Disyllabi.

- Pyrrichius *u u Deus.*
- Iambus *u — Amans.*
- Trochæus *— u Omnis.*
- Spondeus *— — Clemens.*

Trisyllabi.

- Tribrachus *u u u Canite.*
- Dactylus *— u u Sydera.*
- Amphibrachus *u — u Caruscus.*
- Anapæstus *u u — Numeri.*
- Bacchius *u — — Penates.*
- Amphimacer *— u — Audiunt.*
- Palimbacchius *— — u Formosus.*
- Molossus *— — — Currentes.*

Tetrasyllabi.

- Proceleusmaticus *u u u u Celeriter.*
- Pœon primus *— u u u Purpureus.*
- Pœon secundus *u — u u Poeticus.*
- Pœon tertius *u u — u Manifestus.*
- Pœon quartus *u u u — Misericors.*
- Epitritus primus *u — — — Salutabant.*
- Epitritus secundus *— u — — Comprobabant.*
- Epitritus tertius *— — u — Circumferens.*
- Epitritus quartus *— — — u Circumspectus.*
- Ionicus à minore *u u — — Generosus.*
- Ionicus à maiore *— — u u Circumdedit.*
- Dijambus *u — u — Amantiss.*
- Ditrochæus *— u — u Audiebat.*
- Antipastus *u — — u Legebamus.*
- Choriambus *— u u — Armigeri.*

Pentasyllabi.

- Orthius *u u u u u Analogia.*
- Molossospondæus *— — — — — Exultabundi.*
- Pyrrichianapæstus *u u u u — Retinuerant.*
- Calotypus *— — — — — Admirabuntur.*
- Hegemoscolius *u u u — u Dominicafer.*
- Spondeocreticus *— — — — u Consuetudines.*
- Mesomacer *u u — u u Prohibebimus.*
- Mesobrachys *— — u — — Præuaricantes.*
- Periambus *u — u u u Adulterium.*
- Hyperbrachys *— u — — — Concionantes.*
- Dafius *u u u — — Retinuerunt.*
- Spondæodactylus *— — — — u u Interuertere.*
- Musicus *u u — — — Populabundus.*
- Amœbæus *— — u u — Cœnaturiunt.*
- Iambodactylus *u — — — u u Repugnabile.*
- Choræobacchius *— u u — — Exuperantes.*
- Diphyes *u u — — — Redamauerunt.*
- Symplectus *— — u u u Interficere.*
- Cyprius *u — u u — Aristoteles.*
- Anticyprius *— u — — — Concionator.*
- Hegemocreticus *u u — u — Sapientia.*
- Spondæoscolius *— — u — u Interuenire.*
- Periodicus *u — u — — Remugiebat.*
- Antiperiodicus *— u — u — Liberalitas.*
- Probrachys *u — — — — Laborauerunt.*
- Parapæon *— u u u u Constituimus.*
- Dochmius *u — — — — Ineffabiles.*
- Doriscus *— u u — — Tyndaridarum.*
- Strophus *— u u u — Conticuerant.*
- Antistrophus *u — — — — Reuelabatur.*
- Periambodes *u — u — — Amantiss.*
- Choræodactylus *— u — — u Valnerabitur.*

Hexasyllabi.

- Dichoræus *u u u u u u Latibulicola.*
- Dicanus *— — — — — Interpellatores.*
- Choræantidactylus *u u u u u — Reclefaciens.*
- Caniolatus *— — — — — Auctoramentorum.*
- Choræoscolius *u u u u — Beneficiorum.*
- Caniocreticus *— — — — — Expergiscemini.*
- Charæodactylus *u u u — u u Malevolentia.*
- Caniobacchius *— — — u — Attestationes.*
- Anapæstochoræus *u — u u u u Inimicitia.*
- Latiocanius *— — — u — — — Sermocionantes.*

Scoliochoræus	u-- u u u u	Bipennigerulus.
Creticocanius	-- u-----	Concionandi.
Choræobacchius	u u u u ---	Inhibitiones.
Caniodactylus	----- u u	Propugnatoribus.
Choreantibacchius	u u u --- u	Humiliabantur.
Caniantidactylus	--- u u--	Acceptabilitas.
Anapæstodactylus	u u-- u u	Resipiscentia.
Latiobacchius	--- u u--	Apparitiones.
Bacchiochoræus	u --- u u u	Suppelletilibus.
Dactylocanius	-- u u ---	Iuduperatores.
Choræoreticus	u u u -- u	Revercamini.
Canioscolius	----- u-- u	Respublicarum.
Anapæstoscolius	u u -- u-- u	Sapientiora.
Latiocreticus	--- u-- u--	Illiberalitas.
Scoliodactylus	u-- u-- u u	Amarulentia.
Creticobacchius	-- u-- u--	Concitatores.
Dibacchius	u-- u--	Coruscationes.
Dilatius	-- u-- u--	Circumgerebamus.
Scolianapæstus	u -- u u u	Repercutimini.
Creticolatius	-- u-----	Concionabantur.
Choræomolossus	u u u ---	Recuperatores.
Molossiochoræus	--- u u u	Appenninicola.
Anapæstolatus	u u --- u	Redamaturarum.
Latiantidactylus	--- u u u--	Individuitas.
Bacchiodactylus	u -- u-- u u	Inevitabile.
Dactylobacchius	-- u u u --	Dissimilitudo.
Scoliocreticus	u-- u-- u--	Amaritudines.
Creticoscolicus	-- u-- u--	Elegantiarum.
Scoliobacchius	u-- u u ---	Superstitiones.
Bacnioscolius	u-- u-- u--	Recantatione.
Creticodactylus	-- u-- u--	Competitoribus.
Dactylocreticus	-- u u-- u--	Imperiositas.
Scoliolatius	u-- u-- u--	Tyrannidarum.
Creticanapæstus	-- u-- u u	Munerabilitas.
Anapæstoreticus	u u --- u	Legionarij.
Latioscolius	--- u u-- u	Desideriorum.
Bacchianapæstus	u-- u u-- u	Adorabimini.
Dactylolatius	-- u u -- u	Emoriturorum.
Anapæstobacchius	u u-- u--	Benedictiones.
Latiodactylus	--- u-- u u	Considerabitur.
Scoliocanius	u-- u--	Remuneratores.
Cretiochoræus	-- u-- u u u	Comprehensibilis.
Diantidactylus	u u -- u u	Saturabimini.
Didactylus	-- u u-- u u	Insatiabilis.
Discolius	u-- u u-- u	Superstitiosus.
Dicreticus	-- u-- u--	Eruditissimi.
Bacchiocreticus	u-- u-- u--	Reluctabimini.
Dactyloscolius	-- u u u--	Perpetuitatem.
Bacchiolatus	u-----	Recompensabuntur.
Dactylanapæstus	-- u u u u--	Semimulieres.
Anapæstomolossus	u u--	Superincumbentes.
Latiochoræus	--- u u u u	Perterrefaciet.
Bacchiocanius	u-----	Senatusconsulto.
Dactylochoræus.	-- u u u u u	Interieritis.

Dubium I. succurrens.

LIII.



Idisti in Tabella præmissa monosyllabos Pedes, & inquiris, An reuera sint admittendi tales Pedes? Et ratio dubitandi est; quia in re tam communi non videntur omnes Scriptores errasse; & tamen nemo monosyllabos Pedes admittit.

Respondeo Primò, hanc quæstionem cooptandam esse duabus alijs, quæ hodie sunt celebres, quarum prior est Arithmetica, & inquit, An Vnitas numerus sit? & secunda est Geometrica, & interrogat, An Punctum sit quantitas? Professores Gieffani in sua Poetica lib. 1. cap. 7. stant à parte negatiuâ: inquit enim: *Pedis appellatio vni syllabæ conuenire non potest. Et cur? Quia monosyllabæ particule & veluti articuli sunt pedum.* Nulla est responsio. Id enim ipsum quærimus, An, scilicet, dictiones monosyllabæ sint Pedes, aut Pedum articuli? Prætereà, nec benè colligunt, cùm argumentantur, *Est pars Pedis; non ergo Pes.* nam partes numerorum sunt numeri; & partes linearum sunt lineæ: & omnes pedes tetrasyllabi, pentasyllabi, & hexasyllabi pedibus dissyllabis trisyllabisque componuntur.

Respondeo secundò, has Quæstiones non esse de re, sed de nomine tantum. Et quid, quæso, mali accideret humano generi, si diceremus, Vnitatem esse numerum indiuisibilem. Punctum esse Quantitatem indiuisibilem. & syllabam esse Pedem indiuisibilem? Ioannes Henricus Alstedius in Cyclopadia tom. 2. lib. 14. part. 1. cap. 1. regula 7. ait. *Vnitas est numerus faciens ad conseruationem rerum. Ergo consequenter debet dicere, Punctum est quantitas faciens: & addere syllaba est pes faciens: nam cæteri sunt pedes facti.*

Dubium II. succurrens.

LIV.



Ostulas. An hæc Pedum notitia, tam sit necessaria, vt sine illâ nullus possit versus concinnos & perfectos componere?

Respondeo doctrinam, quæ de pedibus est, turbasse Discipulorum mentes potius, quàm adiuuasse: & posse omninò antiquari & omitteri. Et sanè illam non esse necessariâ nullo alio meliùs probare aut demonstrare modo poterò, quàm omnia Carminum genera explicando, quin Pedum vel minima fiat mentio. Considera lineas sequentes.

Carmen Hexametrum.

-- u -- u -- | u -- u -- u u -- u

-- u -- u -- u -- | u -- u -- u

Spondaicum, vel Spondiacum.

-- u -- u -- u -- u -- u -- u P

-- u -- u -- u -- u -- u -- u P P

-- u -- u -- u -- u -- u -- u P P P

-- u -- u -- u -- u -- u -- u P P P P

-- u -- u -- u -- u -- u -- u P P P P P

Nota. Placet Typographo ita longas in hac Tabella exprimere, vt duo in singulis tempora distinguantur: vnde Antepenultimus pes postulat duas longas & quatuor breues: Penultimus vnam breuem & quinque longas: Vltimus vnam longam & quinque breues. Hinc ergo scies quo debeat modo de cæterorum pedum characteribus iudicare.

Isti sunt omnes Pedes, quos in Authoribus Græcis & Latinis reperio. Et quidem meo iudicio Pedes tetrasyllabi, pentasyllabi, & hexasyllabi, non essent necessarij: verum debuerunt poni, quia à Grammaticis & Poetis eruditissimis, à nobis ignorari non debent.

Carmen Pentametrum.
 — — — — —
Carminis eiusdem forma noua.
 — — — — —
Carmen Aclepiadem.
 — — — — —
Virgineum.
 — — — — —
Anapaesticum.
 — — — — —
Adonicum.
 — — — — —
Iambicum purum.
 — — — — —
Iambicum impurum.
 — — — — —
Scazon.
 — — — — —
Anacreonticum.
 — — — — —
Phaleucinum.
 — — — — —
Trochaicum purum.
 — — — — —
Trochaicum impurum.
 — — — — —
Sapphicum.
 — — — — —

Et quidem , qui sequi voluerit hos apices , & iuxta illos Carmina sua conformare , nunquam pedum notitia indigebit . Nam reponendo ob oculos Sapphicum , quod fuit vltimo loco depictum , dicam , illud constare longâ , breui , tribus longis , & casura : & postea duabus breuibus , longâ , breui , longâ & breui : & me non indigere vlla pedum , vt illud conficiam , notitia .

Interim maioris eruditionis gratia , ea , quæ per modum synopsis posuimus , vberiori calamo dilucidemus .

ARTICVLVS VI.


De Carmine Dactylico Heroico.

LV.




S in Carmine Spondaico puro , quod pedibus Spondeis componi debet , notam secundam singulorum pedum in duas partes dissoluas , habebis Dactylicum purum , sic dictum , quod componatur puris Dactylis . Subiicio exemplum .

Spondaicus purus .




Dactylicus purus .



Simon Verrepæus hæc adducit .

*At tuba terribilem sonitum prociâ excitat horrida
 Sydera pallida diffugiunt face territa luminis .*

Si ex duodecim his notis , quæ purum Spondaicum componas , omnes , quæ in loco imponuntur (quales sunt prima , tertia , quinta , &c. manere integras iubeas : si secundæ , quartæ , sextæ & octauæ permittas vt frangantur , aut integritatem conseruent : si decimam necessariò diuidas & duodecimam necessariò non diuidas , habebis versus Heroicum , cuius Ideam subijcio .



In quatuor pedibus prioribus dissolutionem notæ secundæ arbitrariam dixi ; quoniam apud illustrissimos Poetas vel omnes illos quatuor pedes spondeos , vel omnes Dactylos , vel etiam mixtos reperiò , ecce Spondeos tantummodò .


Virg. *Olli sedato respondit corde Latinus .*
 Ouid. *Nituntur longo vestigia ponere cliuo .*
 Prop. *Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor ?*
 Ecce iam solos Dactylos . Virgilius .

*Inde ubi clara dedit sonitum tuba , sinibus omnes
 Haud mora profiluere suis ; ferit æthera clamor .*
 Ouid. *Parue , nec inuideo , sine me liber ibis in orbem .*
Hei mihi , quod domino nou licet ire tuo .


Qui ex solis Spondeis constant , videntur nimis tardi , & qui est Dactylis solis nimis celeres , & ideo apta horum pedum commixtio est semper præcuranda & laudanda . Nam apud Virgilium Ouidium , & cæteros plerumque est horum pedum alternatio ; & varietas . Virgilius .

*Arma virumque cano , Troia qui primus ab oris
 Italiam fato profugus Laniuaque venit
 Littora . &c.*


Tametsi secundam pedum solam dissoluam Iuniores Poetæ , Veteres suo iure vsi primam aliquando , & aliquando vtramque aperuerunt & diuiserunt . In primo pede non iam secundam , sed primam notam aperuit dissoluitque Virgilius , cum dixit .



Fluuiorum Rex Eridanus camposque per omnes .
 Quem fuit imitatus Horatius .
Vebemens & liquidus puroque simillimus amni .
 Quod in primo pede Virgilius , & Horatius , hoc
 in vltimo facit Lucretius ; inquit enim .




Quippe etenim ventus subtili corpore tenuis .
 Nec est dicendum hos Poetas aliquâ necessitate ,
 compulsos à viâ communi deuiasse : potuerunt
 enim dicere .
Eridanus fluuiorum Rex , camposque per omnes .
Liquidus & vebemens , puroque simillimus amni .
Quippe etenim tenuis subtili corpore ventus .
 Vtramque notam primi pedis dissoluit aliquando
 Virgilius : concepit enim hanc Ideam ,







& illam manutenens dixit .
Genua lauant , vastos quatit ager anhelitus artus .
Tenuia nec lanæ per calum vellera ferre .
Arietat in portas , & duros obijce postes .
Parietibus textum cæcis iter , ancipitemque .

Sed & alibi vtramque notam dissoluit in secundo
 pede . & cecinit ,



Hærent parietibus Scala , postesque sub ipsos
Nitentur gradibus .

Ergo dissoluturus erat loco tertio & quarto , si tem-
 pus & occasio tulissent : eâdem enim libertate aut
 licentiâ , quâ in præcedentes pedes Poetæ veteres
 sibi præscripserunt Ideas , potuerunt etiam in sub-
 sequentes , vt constat è notis , quas subscribo .



Porrò hæc ipsa Spondei [— —] in Proceleusma-
 ticum [uuuu] dissolutio , quam in primâ , & se-
 cunda , vt vidistis regione , admisit aliquando Vir-
 gilius nunquam in tertiâ , aut quartâ reperimus
 [sed cur non ? *Non quia non potuit , sed quia non voluit .*
 nulla enim , vt dicebamus , succurrit ratio , ob
 quam in prima & secunda potuerit , in alijs verò
 non potuerit hoc facere] at illam reperimus in
 quinta . Versus subsequentes considera .

Aedificant , sectâque intexunt abiete costas .
Nequidquam in rectis certatim tenuia cera
Custodes sufferre valent , labat ariete crebro .
 Scio esse aliquos , qui hanc licentiam reiiciant ,
 afferentes in propositis casibus non esse pedem
 Proceleusmaticum , sed Dactylum , vel Spõdeum ,
 quod I & V quas nos vocales esse volumus , sint
 consonantes :

legimus	cùm de-
enim ,	beremus ↓
<i>Fluuiorum</i>	<i>Fluuiorum</i>
<i>Vebemens</i>	<i>Vebemens</i>
<i>Tenuis</i>	<i>Tenuis</i>
<i>Tenuia</i>	<i>Tenuia</i>
<i>Genua</i>	<i>Genua</i>
<i>Parietibus</i>	<i>Parietibus</i>
<i>Abiete</i>	<i>Abiete</i>
<i>Ariete</i>	<i>Ariete</i>

Ad quam ego obiectionem & instantiam
 duo dico . *Alterum* durius esse vocalem in conso-
 nantem vertere , quàm primam notam Spondei
 dissoluere , hîc enim apud Poetas , hoc est , paucos ;
 ibi apud Grammaticos , & ad eò , plurimos pecca-
 tur . Ergo , vt Virgilius , & alij Veteres leuis au-
 daciæ suspitione purgentur , noui & grauioris cri-
 minis accusantur . *Alterum* , Virgilium & cæteros
 fuisse imitatos Ennium , qui dixerat ,

Capitib' nutantes pinos , rectosque cupressos .
 in quo versu vocem *Capitibus* esse proceleusma-
 ticam euidens est . Adde etiam ex eodem Ennio
 versum alterum .

Veluti siquando vinclis venatica venor .
 & quis hic quæso audebit dicere vocem *Velut*
 non esse Anapæsticam . Et , ne Ennius temere
 procelesse dicatur , exempla ex Homero , subiungâ .
Ιλιαδ. ζ. dixit

Βορέης καὶ ζέφυρο , &c .
 & iterum *Ιλιαδ. ψ .*
Βορέη καὶ ζέφυρο . &c .
 & etiam *Od. ω .*
†θινυθεσιν νύκτας τε καὶ ἡματα δακρυχέσση .
 E Quo-

Quoniam in istis omnibus Homerus, dissoluit primum carminis tempus, & loco Daetyli vel Spondei Anapæstum admisit.


ARTICVLVS VII.

De Carmine, quod vulgo Spondaicum vocatur.

LVI.




Eroicum, quod constat ex Spondeis in sine hodie Spondaicum dicitur. Displicet vocabulum Scaligero, cum enim Græcè dicatur Σπονδιακός, Spondiacus deberet Latine appellari. Nomen tamen commune retineamus, vt loquamur cum multis. Spondaicum ergo dicitur, si quinto, & sexto in loco Spondeos habet. Hoc carminis genere vtuntur Poetæ, quando volunt aliquid ἐμφατικῶς edisserere: sed tunc quarto in loco ponunt Daetylum; primo, secundo, & tertio, vel Daetylum vel Spondeum. Ideam ex Virgilio subijci o.



- Chara Deum soboles, magnum Iouis incrementum. &c.
- Pallantis Proavi de nomine Pallantum. &c.
- Consistit atq. oculis Phrygia agmina circūspexit. Aen. 2
- Cornua velatarum obuertimus antenarum. &c.
- Caulonisque arces, & nauifragum Scyllaum. &c.
- Cum socijs, natoque Penatibus, & magnis Dīs. &c.

Alij etiam Poetæ interdum imitantur & sequuntur Virgilium. Propertius,
Sunt apud infernos tot millia formosarum. &c.
Discedens, clamydemque auro dedit intertextam. &c.
Duza. Per varias Syrtes, & terrificos anfractus. &c.


Minus vsitata sunt, in quibus tertius pes est Daetylus; quartus, quintus, & sextus Spondeus. Scaliger. lib. 6. Poetics pagina mihi 866. tantum non proseribit hos versus; illos enim iudicat esse rarissimos, adeoque admirandos potius, quam imitandos. Nota, inquit, rarissimos esse illos Spondaicos, qui in quarta & in quinta regione Spondeum habent, quales sunt duo Virgiliani, qui quidem singulari artificio & pedum morâ & consonantium concursu rem quasi oculis spectandam exhibent. Et postea ponit exempla, quæ verè non respondent doctrinæ, daturus enim Spondaica, quæ tertio haberent loco Daetylum, quarto Spondeum; dedit, quæ utrobique haberent Spondeum, Idea huius versus est hæc.



Cum alius quærit in Virgilio versus correspondentes huic Ideæ, hos Ego exempli gratia exaro, & subscribo.


Agmina per sylvas generosus circumduxit
Euboicos pulsulque sinus, ô Martem, clamat,
Te duce Troianas sceleratos debellabo.

Habentia in secunda regione Daetylum, in tertia, quarta, quinta, & sexta Spondeum, duo carmina in Virgilio reperies; videlicet,



Aut læues ocreas lento ducunt argento. &c.
Saxa per scopulos & depressas conualles. &c.

Rarissima sunt, quæ primo loco habent Daetylum, & in cæteris omnibus Spondeum. Hæc est huius carminis Idea.



Huius generis nullum versum in Virgilio reperio; at poterimus aliquos facili negotio componere. Subsequentes considera.

Sydera tellurem seruant influxu puro,
Omnia languent, cesset si feruor Solis,
Omnia, si Solis coniux splendorem amittat,
Omnia, si Stella' firmo priuentur cursu. &c.

LVII.

Prædictas ergo Spondaicorum versuum differentias ad vnicam Ideam reducamus, & vniuo intuitu possit Lector vniuersas conspicient.


- * — B — B — B — B — UU — P
- I. — B — B — B — UU — — — P
- II. — B — B — UU — — — — P
- III. — B — UU — — — — — P
- IV. — UU — — — — — — — P
- V. — — — — — — — — — P

Has Spondiaci impuri differentias Protegimus interdum expressi, & dixi.

Quot scripsi versus, tot Princeps sæcula viuas
Quot scripsi versus, tot sæcula Princeps viuas.
Quot scripsi, tot sæcula Princeps viuas versus
Viuas sæcula tot, quot scripsi Princeps, versus.
Sæcula tot viuas, quot Princeps scripsi versus.

Ecce Daetylus [Sæcula] ab vltima regione gradatim repedit, & peruenit in primam: nec video cur ita vitandi sint eiusmodi versus; quæ enim fieret Poetæ, qui Panegyricum integrum carmine spondaico componeret, si vel retinere vnum ex istis modis, vel suauitati studens figuram & formam variaret.

Spondaica pura, quando illud Delphicorum
in πῶλον, in πῶλον, in πῶλον,
acclamatum Apollini, apud Virgilium non reperies: at nonnulla etiamnum exstant in Illustrium Scriptorum operibus. Ideam puram, videlicet,



sibi præfixit Ennius, cum dixit,
Olli respondit Rex Albanus longæ.
 quem imitatus est Lucretius libr. 6.
An Cælum nobis naturam incorruptam.

ARTICVLVS VIII.

De Cæsura, aut Inciso.

LVIII.

Cæsura, Sectio, Incisio, tria sunt nomina, sed vna res. Primum placuit Grammaticis, secundum Diomedem, tertia aliis. Sic vocatur decora & sonora versus sectio, cum post pedem aliquem superest syllaba, quæ dictionem claudat: sic dicta, quod eâ versus cadatur.

Porrò illam Priscianus scriuiusque *Comma* dicunt: at inter Cæsuram & Comma interest non nihil discriminis commata enim apud Aegyptios cataractæ, emissoria, seu valvæ, quibus Nili aqua detinebatur, aiebatur: Vulpianus *de extraord. crim. leg. sæcul.* Ergo Commata, non solum aquas diuidebant, sed detinebant. Hinc consilio opportuno vocem hanc in proprios vsus Rhetores & Poetæ traxerunt. Cratio Cicerone asserente in periodos diuiditur; periodi in cola; cola in commata. Ista sunt minutissimarum partium diuisiones, in quibus vox non solum intercitur, sed detinetur. aliter enim proferemus hanc Assertionem, *Magister, Virgilij libros legit*: aliter hanc, *Magister Virgilij, libros legit*: in primâ enim libri Virgilij leguntur; in secunda Virgilij Magister legit. Dictiones, quæ commate non separantur, sunt contiguæ; quæ autem commate separantur, moram interpositam habent.

Hinc iam patet, quæ sit Commatis, & Cæsurae differentia, si loqui religiose velimus, quoniam in hac dictione *Dominus*, prima & secunda syllabæ sunt continuæ: in hac *Do minus*, sunt contiguæ: in hac verò, *Talentum do, minus non deceret*, &c. syllabæ *do* & *mi* non solum interciturantur, sed interiectâ morâ separantur. Ergo *Cæsura* est fluentis orationis diuisio, *Comma* fluentis est orationis mora interiecta separatio. Igitur de Cæsura prius & postea de Commate agemus.

<i>Cæsura in</i>	<i>Triemimeris.</i>
<i>Parnasso re-</i>	<i>Penthemimeris.</i>
<i>cepta quatuor</i>	<i>Hepthemimeris.</i>
<i>sunt</i>	<i>Enneemimeris.</i>

Qui has ad pedes reducunt, etymicam rationem explicare non possunt. Has Cæsurarum definitiones apud Grammaticos eruditos reperio.

Triemimeris, est cum post primum pedem superest syllaba, quæ dictionem finiat.

Penthemimeris est, cum post duos pedes superest syllaba, quæ dictionem terminet.

Hepthemimeris cum post tres pedes relinquatur syllaba, quæ dictionem claudat.

Enneemimeris, cum post quartum pedem manet syllaba dictionem terminans.

Vera sunt omnia, at non aperiunt, cur prima Cæsura à ternario, secunda à quinario, tertia à septenario, quarta à nouenario nomen ducat. Ergo aliter loquendum est.

Aio carmina constare temporibus: tempusque vni syllabæ longæ, aut duobus breuibus correspondere. In Heroico singuli pedes binis constant temporibus, & hanc ob rem tempora sunt semipedes. Hic positus, Cæsuras definitio.

Triemimeris vocatur intercisio, quæ cadit post tertium tempus, vt

Insidias | patiuntur opes. &c.

vbi vox *insidias* tria habet tempora, & à sequenti diuiditur.

Penthemimeris dicitur, quæ cadit post quintum tempus, aut semipedem, vt

Arma virumque cano, | Tro. & qui primus ab oris.

vbi post *cano*, hoc est, quintum tempus, diuisio est.

Hepthemimeris nominatur, quæ cadit post septimum tempus, vt

Ille meos errare viros | permisit in agris.

vbi, si tempora numeres, *ros* erit septimum.

Enneemimeris tandem quæ cadit post nonum tempus, vt

Egregios Vates | Musa semper | celebrarunt.

Armipotens Bellona viros | celebrans | generosos.

Lucentem tunc Luna globum | velox | peragebat.

Porrò *Enneemimeris* est dura, & vitanda. Præcedit semper *Penthemimeris*, aut *Hipthemimeris*. Dura quidem, cum sequitur *Penthemimeris*; vt ex versu primo colligitur; durior, cum *Hepthemimeris*, maxime, si inter duas cæsuras duæ tantum syllabæ cadant: considera duos versus v timos.


ARTICVLVS IX.

De Commate.

LIX.



I Cæsura affecta sit pausa, *Comma* dicitur; non enim solummodo fluxum vocis excidit, sed & moratur. Pono exemplum in *Triemimeri*.




Pausa complet tertium tempus; & ideo hoc *Comma* appellatur *Triemimeris*. Et quidem secundus ille pes est integer, tamen si sit *u* \bar{u} , cum esse deberet \bar{u} \bar{u} ; quoniam mora & silentium complet, quod voci deficit.

Hinc patet, cur apud Virgilium, Ouidium, & alios Scriptores clarissimos, syllaba interdum, quam sequitur cæsura sit breuis, quia mora sequitur, quæ illam complet, sine villo detrimento carminis. Considera lineas sequentes.

Inualidus | etiamque tremens, & iam inscius ævi.

Liminaque | laurusque Dei, totusque moveri.

Comma etiam in Penthemimeri inuenitur: ex voce enim correpta & pausa etiam correpta tempus quintum componitur. Ideam propono.




Huc pertinent multa Virgilij & aliorum illustriū Poetarum carmina, pauca hæc subscribo.

Olli serua datur | operum haud indignata Minerva.

Desine plura puer |, & quod nunc instat agamus.

Ecce trahabatur | à templo adytisque Mineruæ.

Hepthemimerim afficit interdum Comma, & Heroici ideam in sequentem transmutat.



quam sequuntur hi versus.


Agricolis Pomona fauet, olimque fauebit.

Coccineis Aurora rubet, undisque marinis.

In ramum insiliebat auis, & amata recludens.

in quibus quartus pes tres syllabas breues habet, nec tamen cæteris est minor, nam comma & pausa vni syllabæ breui, quæ deficere videretur, æqui valet.


Tandem in Enneemimeri comma & pausam, vt tempus nonum compleatur, inuenies. Considera sequentes notas.



Quas sequuntur fuit Virgilius cum dixit.

Ille latus mœnem molli fultus | hyacintho.

ET hic obiter notare oportet Comma ita tempus à tempore diuidere, vt alterum compicet. Sed vtrum? antecedens plerumque, interdum autem sequens. Tricemimerim hanc contempleris.



Cui respondet iste versus Virgilij.


Dum trepidant | it hasta Tago per tempus vtrumque.

Placuit Poetis licentia Musica, & postquam in Cæsuris tempora pausis occoeperunt com-

plere, ardentiores redditi, etiam extra Cæsionum loca moras interposuerunt. Leges in Lucilli libro 30.

Quod tuas laudes culpes, non proficis hilum.

& ais esse imperfectum & incompletum, quoniam primus pes, non est Spondeus, quia secunda est breuis; non est Dactylus, nam est dissyllabus, quid ergo? Trochæus, qui exulare debet ab Heroico. At si has notas.




consideres, nullum defectum in versu Lucilij reperies. Huic est similis illi Virgilij 2. Georg.

Tmolus assurgit, quibus & Rex ipse Phæneus.

in quo primus per *Tmolus*, non est *-u* Trochæus, sed *-us* Dactylus, nam dimidiatum illud tempus, quod sono deficit, silentium addit. Eodem modo defendi possunt alia eiusdem Virgilij carmina. In isto. *Ferre citi ferrum, date tella, scandite muri m.* vox *tella* non est Trochæa, nam vel secunda syllaba ob sequentes duas consonantes (quod aliqui volunt; iubentque notari & doceri) producit: & sic erit spondaica, habens duas longas; vel addenda fuit pausa, quæ compleat Dactylum. In isto.

Rumpe moras omnes, turbataque arripe castra.

vel synalœpha non admittitur, vel quartus etiam pes pausa seu silentio completur. Et quidem Ennius interdum versus suos pausa seu silentio compleuit. Libro 2. istum reperio.




Annuit se se mecum decernere ferro.


Dixit alibi

Aestatem Autumnus sequitur, post acer hiems.

& quia vltimus pes vnicam tantum habet syllabam, aut debemus illam complere pausam vnius integri temporis hoc modo,



aut, si hoc minus placeat, ad Veterum illam opinionem recurrere, quæ docet, nec omnes breues inter se, nec omnes longas inter se esse æquales. Et tunc Ennij versum ad notas istas reducemus.



Multum debet Parnassus istis pausis: nam illæ omnia genera Carminum, quæ sunt in vltimo pe-

penerunt: sine quibus solum Heroicum componeretur & cantaretur. Quod non alio meliori modo demonstrabo, quam ab heroico omnia Carmina tam Epica, quam Lyrica educendo.

ARTICVLVS X.

De Pentametro.

§ LX.


Heroicus, seu Spondaicus, seu Dactylicus, seu Mixtus sit, sex pedes habet, & ideo vocatus Hexameter; Penameter Elegiacus quinque, unde nomen sortitur. Sed quos? Rem facilem reducere ad difficilem Iuniores vario modo loquentes & metientes. Verrepæus *Grammaticæ Despaute-rianae lib. 4. pag. mihi 524.*

Pentametrum vult quinque pedes. Pes tertius esto Semper Spondeus. Quartus quintusque Anapestus; In reliquis Spondeus erit vel Dactylus, ut vis.
Et statim, ut hos versus exponat, aliter discurret, & ait, *Pentametrum Carmen, ut à quinque mensuris nomen habet, ita etiam quinque constat pedibus: diuiditurque in duo hemistichia, id est, versus dimidiatos. Prius constat duobus Dactylis, vel Spondeis, vel his mistis, & syllabâ longâ, quæ dictionem finiat. Posterius verò duobus Dactylis & syllabâ, quæ cum alterâ prioris Hemistichij syllabâ Spondeum conficit: etiam si posterior semipes constet syllabâ breui; nam, ut supra dictum est. Vltima cuiusque est communis syllaba versus.*

Quæ prius dixerat oratione legata vera sunt: quæ subiungit soluta, etiam sunt vera: at non cohærent inter se, neque hoc posterius est Tristichi præmissi explicatio: nam ibi vnâ Anapesticâ [uu—] hic Dactylicâ [—uu] posterius hemistichium metitur. Ego rem facillimo negotio expedio; hanc enim Hexametri, & Pentametri ideam propono.

*Hexam. — B — B — B — B — uu — —
Pentam. — B — B — ff — uu — uu — ff.*

Hinc patet Pentametrum suboriri ab Hexametro & in hoc differre, quod tertij & sexti pedis secunda nota, quæ in isto resonant, in illo sileant. Lineas subsequentes considera:



Doctrinam hanc aliquibus exemplis illustro. Considera & perpende hoc Distichum.

Europa inelamat concurrere posse magistros: Europa inelamat — currere posse magis. —
ex quo constat Hexametrum, cuius quartus & quintus pes sint Dactyli, Pentametrumque vsque ad Penthemimerim æquo passu procedere: in complemento differre. quod complementi primum & vltimum tempus in Pentametro sileat. Aliud exemplum addo.

Portabant Charites pia fercula quando canistro. Portabant Charites — fercula. quando canis. —
Ergo manifesta est silens Pentametri ab Hexametro versu natiuitas.

Pausa prior demonstrat Pentametrum Penthemimeri carere non posse: quo enim modo pausabitur, si prima pedis tertij syllaba dictionem non claudat? Vnde illud Carmen à Diomede positum.

Hæc quoque nostræ sententia mentis erat.
reprehensione non caret: nam in voce *sententia*, syllaba *sen* pertinet ad prius hemistichium; & inter illam & sequentem debet pausa intercedere.



Hi humeri lachrymas fundentibus sum com modi: & ideo feruebant olim luctibus, doloribus, quærelis: & ut verbo comprehendam, tribus: unde dicti sunt Elegiaci, nam *ελεγος* *luctum* & *ελεγία* *mæstum poema* significat; unde Terentianus.

Hos Elegos dixere; solet quod clausula talis Tristibus, ut tradunt, aprior esse modis.

Dubium.

§ LXI.

PEtis, An sicut inter Hexametra reperuntur interdum spondaica, ita etiam inter Pentametra: Me nulla Spondaica Pentametra in Veterum libris inuenisse respondeo: at nescio cur sint reiiciendæ istæ Idææ?



Et has notas ad Metricos characteres reducamus.

- I. | — B — B — | — uu | — | — uu |
- II. | — B — B — | — | — | — uu |
- III. | — B — B — | — — — — |
- IV. | — B — — — | — — — — |
- V. | — — — — | — — — — |


Proponamus exempla.
I. *Aethereis ignis nascitur ex astris*

II.

II. *Atque inter flammâs iam mox oxoritur.*
 III. *Fert & lux radios, fert & lux umbras,*
 IV. *Plurimus hor. orem conformat pontus,*
 V. *Qui flammâs inter nulli iam parcit,*
 Spondaicum primum non rejiceretur ab Horatio qui Epod. 13. inter alia Daçtylica huic mensuræ correspondentia [— uu — uu —] possunt hoc.
Nunc mare, nunc sylvæ.
 Et sanè aut auris mea decipitur, aut versus secundus & culcis, dignusque, qui possit admitti. Illum igitur conformabimus sic.



Hæc quatuor paradigmata postulant, vt accentus vocis (distinguo vocem à calamo; nam in ablatiuo *sanctissima*, calamus circumflexum inscribit vltimæ, & lingua acuit antepenultimam) vltimus sit in antepenultima, adeoque non posse terminari monosyllaba voce aut dissyllaba; sed necessario requirere trisyllabam aut quadrisyllabam. Si ad apices & quantitarum notas conuertam oculos, hæc carmina claudit anapæstus aut tribrachus; cur non etiam aliud Pentametrorum genus condi posset, in quo vltimam regionem occuparet Daçtylus, aut si velis amphimacer? Aurem consulo, & hanc Ideam approbat.



Volo vltimum accentum vocalem retineri in antepenultima, & hæc carmina iuxta numeros præscriptos modulor. Sic inquam

Humani generis Protectrix optima,
Virgo celestis, Mater purissima.
Christi: nunc audi voces pauperrima.
Gentis, quæ semper te supplex inuocat.

Mea auris daçtylum in principio non approbat, & ideo illum excludo, tuam contulere poteris, & illum, si ardeat. admittere.

ARTICVLVS XI.

De Carmine Elegiaco.

☞ LXII.



Disticha, quæ Hexametris & Pentametris componuntur, Elegiaca vocantur quod olim tristia crederentur: iam etiam dulcia & læta hoc genere carminis scribi solent. Pono exemplum.

Qualis vbi sociat multarum examina vocum
Musica concordēs elicit arte sonos.
Non aliter vobis versus varios peregrina cooptans
Metrica, diuinum concinit arte melos.

Spondaica Pentametrorum censui adscripsi: & eorundem Ideam secundam dilaudavi, ad quam subsequenti conformo.

In Martinum.

Quo fugis o demens? Quo te male suada voluptas?
 In quos horribiles te pellit scotos?

Non stat erat fugisse semel, liquisse serenum
Religionis iter, quod monstrant superi?
Non sat erat Patrum veterum liquisse flucta,
Et gustasse undas quas fundit Stygius?
Cur te mollis Amor fœdaque libidine fervens
Vrit & abstrusas te inducit salebras?
Et linguam & calicem caelestia Numina contra
Ducis, & in Patrâ Dux es Hæreticum.
Iam iam tandem oculos aperi Martine, Laborum
Quos subeas Iudex Rex est Omnipotens.
Persequere veteres, tu Damonis adsecla Patres,
Posthuma quis celsum merx est Emphyreum.
Perge miser, cæcisque oculis te crede periclo,
Teque tuosque locus nam spectat Stygius.

Et hîc forrasse aliquis existimabit hæc carmina ita esse noua vt nullum inueniri possit apud Antiquos Scriptores exemplum. Interim apud Ouidium reperimus hunc versum.

Ne temerè in medys dissoluantur aquis.

Interpres, & artis Poeticæ Institutores, ne dicant à communibus legibus exorbitasse Ouidium recurrunt ad Diæresim (notam figuram) voluntque vocem *dissoluantur* habere quinque syllabas, ac propterea illam primam non esse consonantem, sed vocalem. Ipsi verò me iudice, ne viam facilem teneant, ingrediuntur difficilem: esset enim veriùs & clariùs affirmare Pentametrum illud esse Spondaicum, & legibus à nobis datis correspondere.

ARTICVLVS XII.


De Carmine Asclepiadeo.

☞ LXIII.




Multa Choriambicorum cognoscunt genera, qui pedibus versus componunt; at qui inter cætera Asclepiadeum laudatur, de illo nonnulla subiungemus. Proniciamus igitur Asclepiæ eum nihil esse aliud, quam pentametrum incompletum, vt Idææ subsequentes ostendunt.

Confidera Notas has Musicas.
Pentameter.



Asclepiadeus.



Discrimen consistit in duobus. Primò enim in Pentametro secundum & quartum tempus possunt dissolui & non dissolui: at in Asclepiadeo secundum debet non dissolui, quartum verò dissolui. Secundò vltimum in Pentametro tempus resonat, & in Asclepiadeo tilet. Easdem Ideas Metricis notis rescribamus.

Pentameter. | — — — — — | — — — — — |
 Asclepiadens. | — — — — — | — — — — — |
 quoniam istud Pentametrum; videlicet,

Mæcenat aranis edite nobilibus,
 si amittat vltimam syllabam, transibit in Asclepiadeum: vt si dixeris,


Mæcenat aranis edite nobilis
Præfektis Asiæ, carmina perlege,
Quæ terror Marti bellucis obtulit. N.B.

Hoc verituum genus vocat Rauifius Textor, Glyconicum, quod fuerit à Glycone repertum.


Nota I.

HUc etiam illa recurrit quæstio, quæ postulat An huc se insinuent Spondaica? & respondeo vltimum Asclepiadei Carminis tempus constare bus breuibus syllabis, quæ si in longam transeant, vltimus Dactylus transibit in Spondeum, & nascetur nouum & pulchrum genus Carminum, quod à Textore aliud genus Asclepiadei dictum; à nobis vocetur *Virgineum*, quod Auctor illud Reginæ Angelorum dicauerit. Addo Ideas.

Asclepiadens.




Virgineus.




Ecce differt secunda à primâ in vltimo tactu tantummodo: prima enim illum diuidit, secunda non.

Sicut Virgineus versus fuit ab Asclepadeo, à Pentametro, & Pentameter ab Hexametro extractus, potuit immediatè deduci. Considera sequentes lineas.

Hexameter.



Virgineus.



Vbi obseruas Hexametrum, si in ipso sextum, septimum, & octauum tempus sileant, in Virgineum conuerti. Maioris claritatis gratiâ Metricos characteres subscribo. Et primo Asclepiadei & Virginiij discrimen breuissimè ostendo.

Asclepiad. | — — — — — | — — — — — |
 Virgineus. | — — — — — | — — — — — |
 Secundo exortum Virginiij ab Hexametro.

| — — — — — | — — — — — |
 | — — — — — | — — — — — |
 quem clariùs demonstrant hi versus.

Quondam Virgilius pulcherrima carmina scripsit.
Quondam Virgilius carmina scripsit.

Prior est Hexameter, & Virgineus posterior; nam sublata voce *pulcherrima*, hoc est, sublatis complementi tribus primis temporibus) Hexameter in Virgineum transit. Ad hanc vltimam ideam conformatus est ille hymnus, quem in omnibus Beatissimæ Virginis solemnitatibus festiuâ deuotione concinimus. Vnum aut alterum Tetrastichum in gratiam lectoris subscribo.

O quàm glorificâ luce coruscas,
Stirpis Dauidicæ Regia proles,
Sublimis residens Virgo Maria,
Supra cæligenas Aetheris omnes.
Tum cum virgineo Matris honore
Celorum Domino pectoris aulam
Sacris visceribus casta parasti:
Hinc natus Deus est corpore Christus.
Quem cunctus venerans orbis adorât,
Et cui ritè genu flectitur omne,
A quo nunc petimus, subueniente
Te, abiectis tenebris, gaudia lucis. &c.

Nota II.

LXIV.

IN Penthemimeri debet esse necessariò diuisio; & in quartâ post diuisionem syllaba accentus vltimus: & hoc tam in Asclepiadéo communi, quam in Spondaico: dura enim sunt multa iuniorum, imò, & veterum carmina, quod has leges non seruent. Diuisionis neglectus ita deformat carmina, vt cognosci vix possint. Et quidem diuisionem necessariò requiri, nec posse luxari, aut mutari certum est: nam sicut versus iste,

Virtutemque decoremque canebat ovens.

tametsi Pentametrorum quantitati respondeat, non est bonus Pentameter, quia debito loco non scinditur, sic etiam cætera Carminum genera suas diuisiones amant, quas omittere non possis impunè. Accentus ratio rarò debet omitti, versus enim duriusculus inter alios id præstant poemati, quod umbræ imagini, & dissonantiæ concentui, quæ, si sobriè admittantur, exornant: maculant, si frequentius occurrant.

Nota III.

LXV.



Enthemimeris, seu prior huius carminis pars ex Horatio ponitur | — — — — — |
 — — — — — | & bene. Sed cur non etiam | — — — — — | vel | — — — — — |
 — — — — — | vel | — — — — — | vel, vt omnia in vnum per compendiù coniungam | — — — — — |
 | — — — — — |? nulla enim formam ex istis auris reijcit: quod exemplis ostendo.

| — uu — — — |
*Virgo Dei summi Mater , Olympica
 Corde cui grato sydera seruiunt :
 Sydera nimirum spiritalia ;
 Quæ Genios mundus dicit & Angelos .*

| — uu — uu — |
*Alma Dei genitrix , Optima , Maxima
 Te colit atque petit naufragus ; immemor ,
 Qui sui ætherei Numinis & modò
 Immemor ipse sui , Numinis est memor .*

| — — — — — |
*Vita & dulcedo diceris omnium :
 Da queso dulci viuere Numini ,
 Vt sic possimus viuere posthumi
 Tecum per finis sæcula nescia .*

ARTICVLVS XIII.

De Carmine Anapæstico :

¶ LXVI.



Vb initium purios habebat anapæstos; vnde nomini occasio : iam pedes duorum temporum recipit (distyllabos trisyllabosque) & semper nomen Anapæstici retinet , etiamsi nullum Anapæstum contineat . Nascitur ab Heroico . Ille enim Fundamentalis versus .

in' πᾶν , in' πᾶν , in' πᾶν ,


Heroicus est : at vero si in tres partes æquales diuidatur , erit Anapæsticus , vt conspicias .

*in' πᾶν :
 in' πᾶν :
 in' πᾶν .*

Ideam subijcio :



In singulis pedibus poteris alterutram notam in duas correptas soluere : hoc est , vtendo characteribus Metricis , poteris in singulis pedibus ponere — w , vel w — . Hinc hæc genera versuum nascuntur



Quæ sunt nouem , si communi characterē scribantur . Illa subijcio .

- | | | |
|------|------|---------------------------|
| — — | — — | <i>Sum peccator ;</i> |
| — — | — uu | <i>Virgo , maximus .</i> |
| — — | uu — | <i>Quem , si timendum</i> |
| — uu | — — | <i>Crimina reddunt ;</i> |
| — uu | — uu | <i>Optima maxima</i> |
| — uu | uu — | <i>Me tua Pietas</i> |
| uu — | — — | <i>Facit impaudum !</i> |
| uu — | — uu | <i>Igitur supplici</i> |
| uu — | uu — | <i>Misero faueas .</i> |

Hæc versus ab aliquibus dicitur Aristophanicus ; quòd ab Aristophane , aut inuentus , aut saltem excultus credatur .

Fiunt Anapæstici Tetrametri , Trimetri , Dimetri , & Monometri ; quos licet aliqui velint voce distingui , non voce illos sub calamo distingui pronunciamus . Et , vt probemus , hos subscribamus Anapæsticos , quos fudit in ludo de morte Claudij Cæsaris Seneca .

*Deflete virum , quo non alius potuit citius discere causas
 Vnà tantum parte auditâ , sæpe & neutrâ . Quis non Index
 Toto lites audiet anno ? Tibi iam cedit sede relicta
 Qui det populo iura silenti Cretæa tenens Oppida cenchæ
 Cadite mæstis pectora palmis ò cauidici venale genus*

Tetrametri sunt , & transibunt in Trimetros si rescribantur sic ;

*Deflete virum , quo non alius potuit citius
 Discere causas , vnâ tantum parte auditâ ,
 Sæpe & neutrâ . quas non Index toto lites
 Audiat anno : &c .*

Et transibunt in Dimetros , si bina metra in singulis lineis scribantur : v. g.

*Deflete virum , quo non alius
 Potuit citius discere causas ,
 Vnâ tantum parte auditâ ,
 Sæpe & neutrâ . &c .*

ARTICVLVS XIV.


De Adonico Commate .

¶ LXVII.




Mnis Adonicus est Anapæsticus inonometer , sed non contra . Est ergo Adonicus versus bipedalis (sic eum appellant aliqui) Dactylo & Spondeo compositus , & huic correspondens


Ideæ .
 Nascitur ex Heroico , vt patet ex sequentibus lineis .




Heroicus .



Adonicus .



Possemus dicere , vt prius , esse tertiam partem Hexametri , & sic illum depingere



Apud Veteres vix Adonicos solos inuenias . Ante annos quasi mille quidam Abbas nomine Columbanus ultra centum & quinquaginta eiusmodi carmina condidit , quæ commentario illustratos edidit M. H. Goltastus . Modum condendi hos versus his verbis Columbanus exponit .

*Sit tibi cura
Fortè volenti
Carmina tali
Condere versu,
Semper ut unus
Ordine certo
Dactylus isthic
Incipiat pes.*

*Inde sequenti
Parte Trochaus
Proximus illi
Rite locetur.
Sape duabus
Claudere longis
Ultima versus
Iure licebit.*

Et, vt illa intelligas, adnotato carmina vocari à Columbano, lineæ singulæ, quæ à nobis versus. & Versus dici apices, quæ à nobis Idea. Iubet Trochæo Adonicum claudi, aut duabus longis (hoc est, Spondeo) qua vltima cuiuscumque carminis iadifferens est.

Vt vitia, quæ in hoc genere versuum, fugienda sunt à Philomuso, euidentius perspicias, lege & considera sequentes.

*Cæsarianum
Amphiteatrum
Concelebrato
Bellipotentem.
Intrat ovans Rex
Cui triferus Thrax
Cessit. Ovat flos
Et Speria laus.*

*Carminè te Rex
Concino; nam nunc
Personet vt te,
Plurima mons dat.
Lauriger ergo
Sæpe triumphans,
Viuo longos
Nestoris annos.*

Ob oculos ponunt hæc Tetraslichæ quatuor Adonicorum differentias. Primum tot continet dictiones, quot versus, & est durum. Secundum definit in monosyllabas, & durius est. Tertium singulos versus claudit binis monosyllabis, & auri non ita est incommodum. Vltimum definit in dissyllabas & trisyllabas voces, & est suauissimum.

Carmina Lyrica.

Cognoscunt etiam hodie Musici duplicem talem; Epicum, Lyricum: in illo Thesis & Arsis (manus Descensus & Ascensus) sunt æquales: in ijs inæquales, nam sesquialteram proportionem obseruant. Hanc veteres differentiam transfulerunt ad Carmina, quæ in Epica & Lyrica diuidi solent.

ARTICVLVS XV.

De Iambico.

☞ LXVIII.



Etinet huc præcipue versus Iambicus, qui per sesquialtera interualla procurrit; constat pedibus Iambicis, in quorum priori parte est

in posteriori vero


Integrum | 0 — 0 | — | Beatus est.

Dissolutum. | 0 0 0 0 | — | Ea ceciniimus.


Conformantur Iambici, Trimetri, Dimetri, & olim solebant Tetrametri & Monometri: qui omnes à numero metrorum dicuntur. [Vulgus hodie Trimetros Senarios nominat, quod sex procurrant iambis: nam, vt vidimus, metrum componitur duplici iambo.]

Diuiditur Iambicus in Purum & Impurum: ille solos Iambos admittit: hic alios etiam pedes; & iterum Impurus subdividitur in Vniformem & Difformem. Prior singulos pedes sesquitempore (hoc est, sesquialterâ proportionem) metitur: iste in locis imparibus admittit dupli temporis pedes: videlicet — — Spondeum, 00 — Anapæstum, & — 00 Dactylum, quæ licentia aut libertas (nisi in deformitate ipsâ teneatur vniformitas) ex carmine profam inconcinnam formabit. Quæ enim lege inæquales pedes possunt inter se seruatometro (hoc est, mensurâ) commutari? At Veteres fecerunt; inquires. Id non nego: aio tamen, me inter male compactam profam, & eorundem licentiosa carmina nullum reperire discrimen. Sanè tolerabilia viderentur, si impari in loco semper duplam, & in pari sesqui alteram proportionem haberent; hoc est, si impari in loco Spondeum, Dactylum, aut Anapæstum; & pari Iambum aut Tribachum pedem admitterent; idque semper: si enim in regionibus imparibus, (primâ, tertiâ, & quintâ) ex triplâ transitur ad quadruplam, ametria potius, quàm metrum, committitur. Sequentes Notas mediteris.


Iambicus Purus.



Iambicus Impurus Vniformis.



Iambicus Impurus Difformis Vniformiter.



Iambici puri in locis imparibus breuem, in paribus longam syllabam habere debent. Sine alteratione temporis poterit nota producta in duas correptas solui, & tunc versus est Iambicus, non purus, sed vniformis: sanè non purus; quia, vt purus sit, debet constitui solis Iambis: est tamen vniformis, nam 0 — Iambus, & 000 Tribachys sunt æquales. Versus impurus difformis locis imparibus alios pedes admittit: hos iubeo esse æquales, vt difformes vniformiter sint.

Habito metro versus integri, qui per antonomasiam Purus dicitur, & metro versus Dissoluti & Impuri, erit valde facile condere Monometros, Dimetros, Trimetros, & Tetrametros; quos elegantes facies; primo, si ita voces cooptaueris, vt metrum prius cum sequenti connectas: vbi enim eadem est vltima syllaba dictioni & metro (partiali scilicet) hiant voces, & nihil detestabile auditur: secundo, si vltimus pes semper sit iambus.

Vt igitur omnium Iambicorum, perfectorum & imperfectorum, excedentium & deficientium,

ideam exactam, assequiars, subscriptam bellam contempleris.

ita est	Monometer Brachicatalecticus.								
Prof-	lō,	Monometer Catalecticus.							
omnes	pī	Monometer Acatalecticus.							
Deum	vērū-	īūr	Monometer Hypercatalecticus.						
et nō-	mēnil-	lius	Dimeter Brachicatalecticus.						
Hōnō-	rē prō-	sēquū-	īūr,	Dimeter Catalecticus.					
Ei ūs-	quē sān-	ctis lē-	gībūs	Dimeter Acatalecticus.					
Obiim-	pērā-	rē mēn-	tē pū-	vā,	Dimeter Hypercatalecticus.				
Quantūm	fiēt-	tās sūf-	ficīt,	stūdent,	Trimeter Brachycatalecticus.				
ē os	vici-	sū Mā-	ximūs	Ithō-	vā	Trimeter Catalecticus.			
ex o-	mni būs	mālis	pōtē-	tē rē	ripit,	Trimeter Acatalecticus, vulgo Senarius.			
ē os	quē col-	locāt	rēdē-	pōs in-	sālū-	Trimeter Hypercatalecticus.			
ā sy-	lon, &	tūtos	sūbā-	lās sūb-	lētāt	Tetrameter Brachycatalecticus.			
Hinc sūa-	vīs ex-	ultā-	tū	prōtū-	bērāt	Tetrameter Catalecticus.			
Hinc rō-	tūs or-	bis al-	lētū-	ā Chrī	stīā-	Tetrameter Acatalecticus, vulgo Octonarius.			


Verſus *Brachicatalecticus* eſt cui pes integer deficit: *Catalecticus* cui deficit ſyllaba (vel ſemipes:) *Acatalecticus*, cui nihil deficit, nec ſuperest: & tandem *Hypercatalecticus*, cui ſemper (vel ſyllaba) ſuperest.

LXIX.


Petis, Cur Heroicus, cum habet ſex pedes vocatur Hexameter: & Iambicus, cum habet etiam pedes ſex, vocatur Trimeter?

Reſpondeo hanc Quæſtionem ex ſolâ Metricâ ſolui non poſſe: ſed habere rationem evidentem ex Muſicâ. Verſus Epici ſunt grauiores Lyricis, ſunt tardiores: hi autem leniores & concitatioris, & ideo aliter ſuunt: illi per maiores, iſti per minores figuras. Pono exemplum.

Heroicus.



Iambicus.



Heroicus habet ſex pedes & ſex metra (*Hiſp. Compafes*) at Iambicus ſex etiam pedes (ideo *Senarius* dicitur) ſed tria metra (*Hiſpan. Compafes*) tantum: o: nam nota illa C eſt duplo velocior, quam O: & ſingulis notis mediam valoris partem admittit.


NOTA

De Hymnis Iambicis, quæ in Eccleſiâ cantantur.


LXX.

Non eſt, cur ad Iambici carminis numeros Hymnos elimare velimus: non enim Ve-


teres regulas ſeueras curauerunt: non illas Iuniores obſeruant: cum, quia deuotioni potiùs ſtuderunt, quam verbis: tum, quia muſicæ voces attemperarunt. Idea Iambici puri hoc eſt.



ſi maneat octo ſyllabæ (turbaret enim cantus numerorum imparitas) adhuc tolerat ſchola hanc Ideam;



nam in primo & tertio loco multi audent collocare Spondeum. At verò Idea Eccleſiaſtica hæc eſt.



verſus habere debet octo ſyllabas, quarum ſeptima breuis ſit (& erit clariùs breuis, ſi ſit vltimus accentus in ſextâ) nec maior diligentia in Hymnis plurimis reperire eſt: nec maiorem poſtulat cantus, cui numerus ſyllabarum ſubſeruit. Interim diffiteri non volo Hymnos nonnullos (puta Ambroſij, & aliquorum Veterum: necnon Vrbarij Octauij, & aliquorum Iuniorum) Scholaſticis numeris correfpondere. Purus eſt ille verſus,

Deus creator omnium.

& multi vni ex his tribus Ideis (omnes tolerat ſchola) cooptantur. Eſt enim.

- — u — — — u u. Prima.
- u — u — — — u u. Secunda.
- — u — — — u u. Tertia.

Et exempli gratiâ ponamus Hymnum, quam cantamus ad Tertiam.

- Nunc ſancte nobis Spiritus, Idea Prima.
- Vnum Patri cum Filio, Prima.
- Dignare promptus ingeri Tertia.
- Noſtro reſuſus peſtori. Prima.
- Os, lingua, mens, ſenſus, vigor, Prima.
- Confefſionem perſonet, Prima.
- Flammefcat igne charitas, Tertia.
- Accendat ardor proximos. Prima.
- Preſta Pater piſſime, Tertia.
- Patrique compar vnice Pura.
- Cum Spiritu paraclito, Tertia.
- Regnas per omne ſæculum. Tertia.

At verò vix ad vllam ex his tribus Ideis reducere poteris huic Hymnum, quem in omnium ſanctorum ſolemnitate modulamur. Perpende & confidera ſingulas ſyllabas.

ARTICVLVS XVII.


De Carmine Anacreontico.

LXXII.




Ritur ex Iambico Dimetro puro exci-
sâ vltimâ syllabâ, vt patet ex sequenti
figurâ, in quâ Ideam vtriusque car-
minis representamus.

Iamb. Dimetrum.



Anacreonticum.



Præcedentes Notæ sunt Musicæ, & respondent
his Metricis.

Iamb. Dimet. u — u — u — u —

Anacreont. u — u — u — u

loco primi pedis admittit —, hoc est anapæ-
stum & spondeum. [& cur hos quæso, qui lon-
giores sunt Iambo? & si hos, cur non etiam ip-
sis æqualem dactylum? Respondeo recipere Ana-
pæstum & Spondeum regione prima; illum, quia
pauſa potest in syllabam æqualem verti: istum,
quia pauſa & nota correpta possunt in syllabam
productam transire. Adde non recipere Dacty-
lum, quia noluerunt Antiqui; nam, si à Dactylo
sumant initium, vel inuitis Veteribus erunt boni.
Hoc exemplum subscribo.

Maxima videtur ista

Insula, mari resistit

Hic scopulus altus acri.

Possumus eam videre,

Dum mare citâ procellâ

Concutitur: ergo camus, &c.

Hoc genus carminum, si bene elaboretur,
est suauissimum, & Musis benignioribus aptum.
Huc confluunt multa verborum schemata, quæ
vicio non carerent in scrijs. Antiquos nostros
irridemus Hispanos, quod aliterum interdum car-
men altero farserint & fulcierint; & tamen non
videbuntur Anacreontica bona, nisi se sufful-
ciant, & farciant. Considera sequentes lineas.

O Chrysalice calue.

O calue Chrysalice.

O Ludouice docte

O docte Ludouice

O Ferdinande magne

O magne Ferdinande.

O Magdalena pulchra.

O pulchra Magdalena.

O Catharina pura.

O para Catharina.

O Virginella bella

Christe Redemptor omnium
Conserua tuos famulos
Beate semper Virginis
Placatus Sanctis precibus.

Beata quoque agmina
Cælestium Spirituum
Præterita, præsentia,
Futura mala pellite.

Vates æterni Iudicis
Apostolique Domini
Suppliciter exposcimus
Saluari vestris precibus.

Martyres Dei inclyti
Confessoresque lucidi
Vestris orationibus
Nos ferte in cælestibus.

Chori sanctarum Virginum,
Monachorumque omnium,
Simul cum Sanctis omnibus
Consortes Christi facite.

Gentem auferte perfidiam
Credientium de finibus,
Vt Christo laudes debitas
Persoluamus alacriter.

Gloria Patri ingenito,
Eiusque Vnigenito,
Vna cum sancto Spiritu
In sempiterna secula.

Primo Synalepha vix cognoscitur in Hymno hoc.
Recognosce versum v. xiiij. xiv. & xviiij. Etiam
leges Ecchipseos non obtinent, nam M non cli-
ditur versu xxi.

Secundò nulli ex illis tribus Ideis, quas paulò
ante posuimus, correspondent hi versus, sed sta-
tuendum est illos fuisse conformatos hac lege,
Singuli octo syllabas habere debent, quarum septima sit
breuis; ceteræ vel breues vel longæ. Et hæc de Hym-
norum metro, aut ametriâ verius, adnotasse
sufficiat.

ARTICVLVS XVI.

De Carmine Scazonte.

LXXI.

Non mulùm differt à Timetro Iambi-
co puro, nam Scazontis character est
iambus in quinto loco, & in sexto
Spondeus: in primo & tertio loco
etiam admittit Spondeum: An-æ &
alios pedes? Negat Scaliger, cui credendum, au-
rem enim huic generi modulationis conforma-
uit: mihi credi non volo, quia Scazontes, etsi ad
leges exactè conformati, non placent. Vt autem
inter eum & purum Senarium differentiam per-
cipias, ideam vtriusque componamus.

Senarius u — u — u — u — u — u —

Scazon. u — u — u — u — u — —

O bella Virginella
 Ego te meam (Licòris)
 Materculam vocabo
 Ego te meam (Licoris)
 Sororculam vocabo
 Et corculo voraci,
 Et vocula Salaci
 Et osculo procaci
 Et lingua loquaci
 Ego te meam vocabo .
Quid Chrysalice dicam ?
Fraterculum ? sed adde :
Paterculum ? quid inde ?
Anserculum ? sed adde :
Cuniculum ? quid inde .
Vulpeculam ? sed adde .
Furunculum , quid inde . &c.

ARTICVLVS XVIII.

De Carmine Phaleucio .

LXXIII



Nacreonticum, Iambicum-ve Dime-
 trum composuimus, & ostendimus;
 illum, si addatur syllaba, transire in
 hunc; hunc, si dematur syllaba, redire
 in illum. nam, si vltimas horum ver-
 suum qui sunt Iambici Dimetri, deleas.

O bellicosa Phillidis
Magistra, chara, Martia .

minuetur syllabarum numerus, & metrum dege-
 nerabit in Anacreonticum, vt versus sequentes
 demonstrant :

O bellicosa Phylli :
Magistra chara Marti .

Nunc ad Phaleucium transeo, & aio Anacreon-
 ticum esse Phaleucium acephalum : nam si epi-
 tetrum quartum (nempe — — — v) Anacreon-
 tico addideris, Phaleucium feceris; vt subsequens
 linea persuadet .


Iracunda magistra chara Marti .

quæ est Phaleucia, & primâ voce excisâ Ana-
 creontica. Ergo maioris claritatis gratiâ horum
 versuum ideas Notis Musicis dilucidemus .


Iambicus, Dimeter .



Anacreonticus .



Phaleucius .



Ecce ob oculos habes clarissimam analogiam, vi-
 desque qualiter hæc carmina ab illis proueniant.
 Ergo eadem omnia ad characteres Metricos
 transferamus -

Iamb. Dimeter. v — v — v — v —
Anacreonticus . v — v — v — v
Phaleucius. — — — v — | v — v — v

Posui post sextam syllabam diuisionem, quia hoc
 genus carminum in eo loco conciditur, vt patet
 in hoc Taubmani disticho :

In re coniugij | mehercle raro
Festinum simul est | idemque rectum .

Sententia est pulchra, & quæ possit parodias mul-
 tas parere, si tempori calamum attemperando,
 loco coniugij vnam ex dictionibus istis substitua-
 mus .

<i>Connubij</i>	<i>militia</i>	<i>Rhetoricâ .</i>
<i>Consilij</i>	<i>Grammaticâ</i>	<i>confugij .</i>
<i>Iustitiæ .</i>	<i>naumachia</i>	<i>conuicij .</i>
<i>Diffugij</i>	<i>gymnasij</i>	<i>iudicij</i>
<i>Litigij</i>	<i>presidij</i>	<i>scrutinij .</i>
<i>Seruitij</i>	<i>subsidij</i>	<i>supplicij . &c.</i>

Quæris, An in hoc versuum genere aliqua
 syllabarum libertas, an semper necessariò debe-
 mus constare paradigmati ? Respondeo duas
 ideas propositurum, vt possis eligere, quam velis

— — — v — | v — v — v
 — — — v — | v — v — v

Ex his constat, debere versus singulos habere vn-
 decim syllabas, vnde Hendecasyllabi sæpe vocan-
 tur; quarum duæ priores Martiali, & alijs seueris le-
 gum obseruatoribus ferè sunt longæ; alijs autem
 autho.ibus magnitudinis indeterminatæ. Ergo
 loco — — poteris ponere vv, aut v —, aut — v
 vel, vt vulgus loquitur, loco primi spondæi po-
 teris ponere Pyrrichium, Iambum, aut Trochæum

NOTA.

De alio Metro :

LXXIV.

Phalæcium, vel vt Gerardus Ioannes Vossius
de veterum Poetarum temporibus lib. I. contendit
 Philicium, & vt Marius Plotius *in arte Poetica* ca-
 2655. Philicum, carmen est, quod à Philico in-
 uentum multi viri docti putarunt. Fundat hæc
 opinionem & numeros exponit hæc periodus.

Καίνουον φησ | σινδύσεως |
της Φιλίκου | γράμμ. τικῶι |
δ'ωρὰ φερω | φε εἴμας |

Fortunatianus *in Arte cap. 6.* sic inquit : *Phaleucius*
ex duplici pede constat, quem Bacchium Musici, Cho-
riambicum Grammatici vocant. Habet longam & duas
breues. & longam. Hoc autem Phaleucius conscripsit hym-
nos Cereri & Libero tali genere metri, quod scilicet est.

— vv — | — vv — | — vv — | — vv — | — vv — | v — — |

& Deorum conuenire venerationi credidit .

Se hoc metrum inuenisse iactabat Philicus
 at eius arrogantiam retudit eo Hephæstion, quod
 eodem metro vsus antea fuerit Simmias Rhodius
 in

in Securi, & in Alis. Versus ipsos videre poteris apud Gerardum Ioann. Vossium citatum.

Cæterum non mihi videtur magna esse contentionis occasio: nam mensuræ displicent, & miror ita placuisse Philico, vt tota hac metro Poëmata scripsisse dicatur. Sequentia Latina considera.

* *Stella maris, Virgo potens.*

*Empyrei candida lux,
Sancta faue Maria.*

* *Quæ miseris Virgo soles
In tenebris semper opem.
Ferre, faue Maria.*

Possent hæc metra ornari aliqua consonantia, ne tam dura & inconcinna viderentur. Ista sunt lo-coexempli.


* *Astra tenent Calicole,
Astra vident Terricola,
Astra canunt Poeta,
Iuppiter est calipotens.
Mars ferus est bellipotens.
Suntque boni Planeta,
Suntque mali Comete.*

ARTICVLVS XIV.


De Carmine Trochaico.

¶ LXXV.

M Anemns adhuc in proportione sesqui alterâ, at mutatâ mensurâ longam breui præponimus, qui hucusque contra breuem longam præposueramus. Sic non solent cantare nostri Musici, qui vulgò in thesi systolen, & diastolen in arsi collocant. Considera notas sequentes.



Possent reduci ad Iambicum, & habere contractionem in thesi & dilationem in arsi, si à pausa incipiat: vt



Trochaici hi versus (quod de Iambicis iam dictum est) sunt vel Monometri, vel Dimetri, vel etiam aliquando Tetrametri: quod sequentibus apicibus dilucidamus.

Monometer			vv	—v	
Dimeter			vv	vv	
Trimeter	vv	vv		vv	vv



Vltimus cuiuscumque versus pes latitudinem nullam admittit: alias in Trimeteris secundus pes, in Tetrametris secundus, & quartus duorum esse Temporum poterit: & vbiq; prima pedis Trochæi dissolui poterit in duas breues. singula metra esse hæc solent.

	vv	—	
	vv	—vv	
	vv	vv	—

quæ cum maiores sint, quam deberent æqualitatem tollunt. & ametriam indecentem inducunt: quam tolerarem, si constans esset; at ex triplâ ad quadruplam inconstanter excurrere non patitur nec probat methodus, quæ regularis esse desiderat. Interim proponere placet hanc ideam,

D	C	B	A
	vv	—	
	—vv	—	
	vv	—	


in quâ singula metra sunt æqualia; tantum enim est ED, quantum DC. &c. in quâ pedes, qui in loco impari ponuntur, ad illos, qui in pari, habent proportionem vt 3. ad 4. quam aliqui sesqui-quartam appellant: in quâ BA est versus Trochaicus monometer) CA dimeter: DA trimeter: & EA (si volueris, tetrameter. Vel vtendo characteribus Musicis.




Sed hic erit mixtus ex Lyrico & Epico.

Ex Senario Trochaico nascitur Quaternarius, Ternarius, intermediusque, quem aut Ternarium abundantem, aut Quaternarium deficientem appelles. Considera notas sequentes.


Senarius Trochaicus.




Quaternarius.



Intermedius.



Ternarius.



Ternarius Trochaicus (vt ab hoc vltimo incipiam) tribus constat Trochæis, & correspondet Ternario Iambico, qui tribus componitur Iambis. Hymnus *Aue Maris stella*, huc pertinet: nam habet aliquos versus Iambicos, aliquos Trochæicos,

LXXXI.

— — — UU — — UU — UU
 — — — UU — — UU — UU
 — — — UU — —
 — — — UU — UU

Huc pertinet Oda v. quæ incipit.

*Quis multa gracilis te puer in rosa
 Perfusus liquidis urget odoribus*

Grato Pyrrha sub antro

Cui flauam religas comam.

Hos apices conseruat libr. i. Oda xiv. xxi. xxij. &
 & lib. iij. Oda xiii. & lib. iv. Oda xiiij.

LXXXII.

— — — UU — — UU — UU
 — — — UU — — UU — UU
 — — — UU — — UU — UU
 — — — UU — UU

Non multum distat à præcedenti: & legem dat
 Oda vi. videlicet.

Scribèris Vario fortis & hostium

Victor Mæonij carminis alite

Quam rem cumque ferax nauibus, aut equis

Miles te duce gesserit.

Ode vndecima & octaua-decima seruant primi
 versus mensuram. Est tamen huic Oda similis
 lib. j. Oda xv. xxxiiij. & lib. ij. Oda xij. xiv. & lib. iij.
 Oda v. vij. x. xvi.

LXXXIII.

— — — UU — — UU — UU — —
 — UU — UU — UU — —

His numeris respondet Oda vij. cuius sunt priora
 disticha.

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenem

Aut Ephesum, bimariisque Corinthi

Mænia: vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos.

Insignes, aut Thessala Tempe.

Huius carminis quantitatem obseruat lib. j. Oda
 xxviii. & Epod. xij. [Prior versus ad Hexame-
 trum, posterior ad Tetrametrum Epicum reduci
 potest.]

LXXXIV.

— UU — U — —
 — U — — — UU — — UU — U — —

Ad hos apices conformata est Oda viij. cuius ini-
 tium est:

Lydia dic, per omnes

Te Deos oro, Sybarim cur properes amando

Perdere, cur apricium

Oderit campum patiens, pulueris atque solis.

Pauperrima est hæc idea apud Horatium, nihil
 enim præter hanc Odam, quod ipsi correspon-
 deat, inuenio.

LXXXV.

U — U — — — UU — UU
 U — U — — — UU — UU
 — — U — — — U — U
 — UU — UU — U — —

Hanc ideam tenet Oda ix. quæ incipit.

Vides ut alta stet nive candidum

Soraete: nec iam sustineant onus

Sylua laborantes: geluque

Flumina constiterint acuto.

Hoc carmen per antonom usum dicitur Horati-
 num, ita enim arrisit Horatio, vt frequentissimè
 illo vsus fuerit. Ad hos numeros conformata
 libri j. Oden xvi. xvij. xxiv. xxvi. xxvij. xxix. xxx.
 xxxiv. xxxv. xxxvi. & libri ij. Oden j. iij. v. vi.
 ix. xi. xii. xv. xvij. xix. xx. & libr. iij. Oden
 iij. iv. vi. ix. xxi. xxii. xxvi. xxix. & libri iv. O.
 iv. ix. xiv. xvi.

LXXXVI.

— U — U — U —
 U — U — U — U — U — U

Huius numeri non reperitur vllum carmen in
 bro Odarum primo: at in secundo Ode xviii.
 est artificio concinnata.

Non ebur, neque aureum

Mea renidet in domo lacunar

Non trabes Hymettia

Premunt columnas ultimâ recisas

Africa. &c.

LXXXVII.

UU — — UU — — UU — —
 UU — — UU — — UU — —
 UU — — UU — — UU — — UU — —

His cooptatur apicibus Ode xij. libri iij. cuius
 tium est.

Miserarum est, neque amori dare ludum,

*Neque dulci mala vino lauere, aut ex-
 animari metuentes patris verbera lingue.*

Tibi qualum Cytherea puer ales,

Tibi telas operosæque Mineruæ

Studium aufert, Neobula, Lipari nitor He-

LXXXVIII.

— — — UU — UU — — — UU — |
 — UU — UU —

Hoc metro Horatius vtitur libri quarti septim-
 dum concinit.

Diffugere niues redeunt iam gramina campis

Arboribusque comæ.

Mutat terra vices, & decrescuntia ripas

Flumina prætereunt.

Primus versus est Hexameter: & secundus
 media pars Pentametri; cui, si penthemime
 addideris, habebis distichos elegiacos. Pono
 exemplum.

Diffugere niues, redeunt iam gramina campis,

Et flores pratis, arboribusque comæ.

Mutat terra vices. & decrescuntia ripas,

Quas prius undarat, flumina prætereunt.

LXXXIX.

U — U — U — U — U — U
 U — U — U — U —

Sunt Iambici: prior trimeter, posterior distichus
 & Epodo j. correspondent: videlicet.

Ibis Liburnis inter alta nauium


Amice propugnacula:

Paratus omne Casaris periculum

Subire Mæcenas tuum.

Huic etiam metro correspondent Epodus ij. iij. iv. v. vi. vij. viij. ix. x.


XC.



Primus versus Trimeter Iambicus: tertius Dimeter Iambicus: secundus est Pentametri elegiaci posterior pars: & hæc tristicha Epodo xi. respondent.

*Petti, nihil me, sicut antea iuvat.
Scribere versiculos
Amore percussam gravi:*

XCI.




Primus est Hexameter heroicus, secundus est Dimeter Iambicus: tertius est media pars Pentametri. Horatius Epod. xiii. sic habet.

*Horrida tempestas cælum contraxit, & imbres
Niuesque deducunt Iouem.
Nunc mare nunc sy' l'ue.*

Quid si versus vitimus sit Spondiacus? Vide n.6.


XCII.



Epodo sexto-decimo disticha pulcherrima conficit ex Heroico & Senario Iambico puro: ait epim.

*Altera iam teritur bellis ciuilibus atas
Suis & ipsa Roma viribus ruit
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi
Minacis aut Hetrusca Porsena manus.*

XCIII.



Idea est Hexametri Heroici, ad quam suas Satyras, imò & Epistolas eliminavit Horatius.

Nota.

IN tantâ varietate carminum calamus Horatianus luxuriat: at auris non approbat omnia, ea enim præcipuè rejicit, quæ æqualitatem syllabarum non seruant. Hodie fere negliguntur Lyrica: omnes enim frequenter vtimur Heroicis & Elegiacis: interdum Sapphicis: aliquando Iambicis: raro vel nunquam cæteris.

ARTICVLVS XXII.

De Hebraicis versibus.

XCIV.



Hebræi vocales suas in breues & longas diuidunt: Sed ipsi, vbi ad Metricam ventum, breues syllabas iubent vocari longas, ita vt inter longas breuesque nullam differentiam inueniant; & scheinam & scheuatos apices, breues appellant: & & illis suos versibus componunt.

Hebræorum antiquorum Metricam frustra quærimus; vix enim colligi ex sacro textu potest, qua sunt arte aut lege Psalmi, aut alij versus concinnati: & hanc ob rem Hebræi Iuniores, ne omnino metris destituerentur, octodecim hæc Carminum genera adinuenerunt.

1	u	—	—	—	—	—	—
2	u	—	—	—	u	—	—
3	u	—	—	u	—	—	u
4	u	—	—	u	—	—	—
5	u	—	u	—	—	u	—
6	u	—	u	—	—	u	—
7	—	u	—	—	u	—	—
8	—	u	—	—	—	—	u
9	—	u	—	—	—	u	—
10	—	—	u	—	—	—	—
11	—	—	u	—	—	—	u
12	—	—	u	—	—	—	—
13	—	—	u	—	—	—	—
14	—	—	u	—	—	—	u
15	—	—	u	—	—	—	—
16	—	—	u	—	—	—	—
17	—	—	u	—	—	—	—
18	—	—	u	—	—	—	—

Possent aliquis Latinus aut Græcus hos obseruare numeros, & iuxta eos carmina concinnare. Mihi non libet esse otioso, & ideò metra hæc alijs expugnanda relinquens, ad vtiliora transeo.

ARTICVLVS XXIII.

De Hyporchemate.

XCIV.



Armen est, quod nullam syllabam longam admittit: & quidem difficillimum & operosissimum. Ioannes Alstedius *Encyclopedie lib. 10. sect. 4. cap. 5. §. 28. pag. 554.* hoc exemplū producit.

Iulij Cæsaris Scaligeri Hyporchema Baccho, Sileno, Pani, Gratijs, Cupidini, Cybelæ Veneri, Heræ, Nemesei.

*Bene citus ego pede celere magis ago numeros
Ab e Venere duce super alia loca volitans
Me humero Amor ibi gerit: obit inibi nitida Charis.
Age fretigena dea, deus age puer, ubi seror?
Prius agilis anima mea, modò pauit: alia
Cata refugere voluit: adeo stupida metuit.
Sine mihi quæ habeo vetera: noua nihil ego moror?
Dubia mala nimis audis oculus opera bibit
Video quid? an adit ea iuga Satyrice fera vis?
Tenuia folia, thyasitega, facifera quant
Vetulus humiliter alibi sedet homulus asino.
Stata creperipeda ciet alia tripudia cohors.
Furor, odia mera, calida, tumida, rapida figa.
Laticis hic opicus onere madidus. At at etiam
Grania gladia gemina, abi, abi, aliâ age tua flagra.
Colubri gerula Furia capita rotat ubi ululat.
Maria Zephyri frema sonus etiam & etiam acuit.
Viduum operit, abolet oculitega tenebra polum.
Capra, lepus, equus, onis, aquila, leo, lupo, aries.
Latibulicola pecora frutice latera sinuant?
Strepsit ibi cana specula, viridia nemora fremunt.*

Sacra neque sat abolita repetere loca pedum ;
 Facilis ubi memoria statuit initia animi ,
 Memoria tremula fluida : beneficia pereunt ,
 Vacua rota velut . Ea paribus habita radijs
 Spatia premit alia , & alia , sinibus ubi agitur .
 Ruit ita cor alacre , validaque nouaque rabies .
 Quis erit ad ea bonus , & ad ea quis erit habilis ?
 Ades hedera nemori vaga , pe te , rape , quate , trabe .
 Resiliat age crepitus , aderit ibi latro minax .
 Specua sopor ubi liquidus animi hebetat obiens .
 Quid ero ? gelida mora negat hilarius ea dare .
 Vtinam habeam aliquid , inopia quod abeat aliud abhinc .
 Labor inerit in oneribus : onera gratia igitur erunt .
 Ita honor adigit ea facere , quibus anima sapit .
 Fatuus hiat honor , onus ubi placida bona premit .
 Celebris habitat apud olida pecua stoliditas ,
 Facilitor ut opera dabitur ab homine nihili .
 Trahere iubet animus avidus in apicibus iter ,
 Vocat aliud opus in agilibus opere frui .
 Ea blatero , sibi ita loquitur , ut inhiat opibus .
 Date , dabitur : habe , habeo : fero , fer : ut ago , ita tu agas .
 Minima religio cit opiora capita populi :
 Vitrea , venus , & amor here , Hera bona , Nemesis .

Pelagidome Nomie , Barybromie , femorigena .
 Pater Euie , Cybela Phrygia domina , date locum
 Rapior . Animula miserula properiter abut .

Christiani Bechmanni
 Hyporchema .

Ad Christianum II. Ducem Saxonie .

Sacra age religio	Beneficia ab eo
Themis age celebris	Studia sacra ferunt ,
Medicaque vegeta	Studiaque Themidos ,
Sophiaque nitida ;	Studiaque Medica
Noua capite ioca ;	Studiaque Sophia
Noua canite mele ;	Beneficia ab eo
Noua facite metra .	Paria sibi ferunt .
Hilaria noua sint ;	
Citharaque tubaque .	Igitur ea licent
Lepidaque cherys , &	Pariter age preces
Alia bene sonent .	Duce Triade vale ,
Quia dominus adest	Duce Triade vige ,
Facilis & alacris ,	Duce Triade bibe
Pia bonaque iuuans ,	Diu anime patria .
Patria , amor , & honor ,	Quasique Ducum oculo .
Facilaque Ducum adest .	

MVSA III. DIMETRICA.

XCVI



ST ingeniosa & rara hæc
 Methodus : & ita verba co-
 ordinat componitque , ut
 vna & eadem vocum serie
 duo metra differentia com-
 ponat . Fateor esse difficile :
 sed difficultas pulchritudi-
 nem carminum , si bene cõ-
 formentur , non tollit . Mul-
 ta quidẽ in schedis meis inuenio : præter exscribo .

Pentametro-Iambici : sic nominare placuit ver-
 sus , qui simul sint Pentametri Elegiaci & Senarij
 Iambici : qualls est subsequens .

Voluit Amor pharetras (nigra Melissa) nouas .

Ecce habes ab oculos Pentametrum Elegiacum , & Senarium Iambicum . Pentametrum ,

|| V i l u i t a | m o r | p h a r e | t r a s | | n i g r a | M e | l i s s a | n o | v a s . ||
 Senarium Iambicum .

|| V o l u i t | a m o r | p h a r e t r a s | n i g r a | M e | l i s s a | n o | v a s . ||

Prima vox , si secundum V sit consonans , est tro-
 chæa ; si vocale , tribrachia . Melissa , (Græcè
 μέλισσα apis) nomen est Reginae Peguensis in
 India : & si sequamur leges Græcas habet vltimam
 longam ; & , si Latinas , breuem . Idea huius Di-
 metri hæc est .

— o u — — o u u — o u u . .

Huic respondent hæ lineæ .

Quando iubet Princeps patris honore dapes .

Virgo fave miseris , patria quando ruit .

Edo , sed in tabulis , metra reformo prius .
 Dono , peto ; taceo , replico ; surgo : cado .
 Crebrò Ducis surgit fabrica , crebrò cadit , &c .

Artem Dimetricam apud nullum Authorem
 Græcum Latinum-ve lego . Apud Hebræos vni-
 brasẽtiam hodie reperio huius artis . Librum Sa-
 lomon scripsit , & inscripsit שיר השירים Schir ha
 seirâm : hoc est Metrum Dimetricum . Vertunt non
 nulli cum Marco Marino Brixiano in suâ Arci-
 Nohæ , Canticum optimum , Hymum excellentissimum
 sed non bene ; quoniam rigorem non attingunt .
 Vulgatus optime , Canticum Cantorum : sed , quia
 Latina lingua non habet numeros duales , expri-
 mtere rigorem nōn potuit . Potuit Græcus inter-
 pres , sed non præstitit :

Hexametro Saphici .

XCVII

P Oterimus conformare etiam alios , qui simul
 sint Hexametri , Heroici , & Saphici . Metho-
 dum & artem subscribo .

— o — — — | v v — o — u | * v |
 — — — | u u — | o — — | — v | o — — |
 — o — — | — o — — o | u o — |
 o — — | — o | — — — | o u u | * — |

* Significat o — quæ transire in — possint , ut
 deinde * v : est enim vel v — v trisyllabum
 vel — v dissyllabum . Ita Ianus , Iulus , &c .
 † significat quas breues quæ in longam tran-
 sire possunt ut mihi , quod potest transire in
 m̄ . Habenda est consonantium finalium ratio .
 he per

ne per sequentes literas synalœpha aut positio metri quantitatem perturbet. Pono exemplum.

Quando Romanos celebrabo ? Carmen Ianus
Inspiret , calamos profundat : namque Gradivus
Mi crebro dixit . Laudo , propugno , celebro ,
Propago , formo , confirmo , reffero deinde
Laudibus orno . &c.


Hexametra sunt : & poterunt in Sapphica sequentia conuerti .

Quando Romanos celebrabo ? Carmen
Ianus inspiret , calamos profundat .
Namque Gradivus mihi crebro , dixit
Laudo , pugno , celebro , propago .
Formo , confirmo , refero , deinde .
Laudibus orno . &c.

Laboramus vocum summa penuria , & ideo vix possumus aliter , quam calamo libero exempla difficillima condere .

Alius modus .
XCVIII.


Minus est difficilis , tamen si difficultate non careat : illum ad apices istos reduco .



quos sequuntur hæc verba .

Quando Pompeij pia laudo gesta : potentis
Lustro cum lauros : sacra firma ferta Senatùs ;
Qui propagando , celebrando , teque fouendo
Auxit amando decus celebrabo carmine nomē .


Si literas cursivas omisis cæteris , legeris , intercurrent hi numeri :



& in ipsis hi versus

Quando Pompeij pia laudo gesta .
Lustro cum lauros , sacra firmo ferta ,
Qui propagando , celebrando , teque
Auxit amando .

Si autem rotundos illos characteres , quos Romanos veteres dicimus , inter legas , reperias hanc ideam .




cui correspondent istæ voces

Potentis Senatùs fovendo decus ,
Celebrabo carmine nomen .

Alius modus .

Edimus Pentametro-Senarios sub initium : eisdem iterum , sed alio modo , damus : est enim nostra Musa vberissima , & multis vijs eisdem numeris & apicibus seruire potest . Considera lineas sequentes .



Prima complectitur characteres communes , & indifferentes , qui si secundæ lineæ respondere dicantur (possunt enim) dabunt senarium Iambicum : & , si tertiæ , Pentametrum , Apices reduco ad hæc verba .

Refua Thetis orat ; patria lingua canit .

quæ , si velis esse Iambica , debebis hoc modo mensurare & scribere .


[Refua] Thetis orat patriam linguam canit
si autem eadem velis ad Pentametri perfectionem reducere , debebis , dispungere , & diuidere sic .

[Refua] Thetis orat patriam linguam canit .

NOTA I.
De Fugâ Metricâ .
IC.



Armoniam illam , in qua vna vox alteram sequitur per easdem notas , hodie Musici Fugam appellant . & eorundem exemplo fugas etiam Metricas poterimus transferre ad Parnassium . Considera sequentes apices .



Prima linea ab oculos ponit ideam , quam debent obseruare voces , vt vel incipiendo ab initio , vel signo S (fugæ est nota communis) retineat mensuram eandem ; quod ipsum linea secunda & tertia manifestant : nam linea secunda dat mensuram versuum , qui in Diagrammate scripti : tertia autem versuum , qui ex fuga resultant . Ad hos numeros aliquas dictiones coordino . Sic inquam

(S)
Sanctorum Emphyreas dotes proponere curo .
Propago Petri virtutes : laudo dicoque
Reclusam Pauli doctrinam . Quaso , supremus
Athletes calum det nobis Virgo Maria . &c.

Quæ lineæ , etiam si incipiamus à (S) fugæ notâ , erunt Hexametra , & numeros Heroicos reddent . Veritatem periclitor .

Emphyreas dotes proponere curo . Propago
Petri virtutes : laudo dicoque reclusam
Pauli doctrinam : Quaso , supremus Athletes
Calum det nobis Virgo Maria

Cum arctâ obsidione D. Franciscus de Mello Bassæam premeret , superuenit D. Comes Arcurius , & rem desperatam iudicans recessit . Fugam hanc , si fuga dici debet militaris prudentia , multi Poëtæ versibus celebrarunt . Hi videntur conducere , vt Metricas fugas dilucidemus .

MELLVS Venit , vidit , vicit ,
ARCVRIVS Venit , vidit , fugit .
Venit famosus Latijs Arcurius armis ;
Venit Bassæam , venit & ad nihilum

Vidit Bassæam vallis & milite cinctam :
Territus, inuitus vidit ad inuidiam.
Fugit, vt ille fugam cassaret, quam intulit olim
Cassaliæ, cassans gestaque & acta fugax.
Trans Alpes fortuna manet sua Martia, Melli
Huc venit, vidit, vicit; lo! ter lo!
Non sine fuga Melos.

Absque fugis cætas nō est, nec melleus hymnus:
Absque fugis non dat Musica grata sonos.
Melle tibi cupiens victori plaudere Musa
Captâ Bassæâ, non licet ante te fugis.
Has Franciscæ dedit fugiens Arcurius, ergo
Mellifluo plaudit, cantat & ore Melos.
Magne triumphator vicisti, quem pauet hostis.
Ille videri à te, teque videre fugit.

*Author est Anonymus. Carmina sunt edita Antuerpiæ
apud Martinum Binnart anno 1642.*

Fugam ego militarem hac Fugâ Metricâ ad
maiores fugantis gloriam scriptâ tetigi. Scripsi
sic.

S

*Fulminco Hispani Cæli te carmine cantat
Atlantem armipotens Mauors, te fronde coronat
Athletam inuictum; cuius fortissima castra
Refracti hostiles cunei venerantur; & arma
Regressi Arcuriij celebrant. &c.*

Secutus fui Ideam facillimam, quam pono & ex-
plico. [Versus singuli è duobus hemistichijs com-
ponuntur, quorum prius scinditur penthemimeri.
Prima primi carminis dictio esse poterit vel
— — vel — o o. illa enim resumere non debet.
Cæterorum versuum prima est o — —; hoc est,
habet tres syllabas, primam ancipitem, secundam

longam, tertiam cuiuscumque mensuræ. Secun-
da dictio debet incipere à vocali & elidere vlti-
mam dictionis præcedentis; eius mensura est hec
— — —; Hemistichium posterius conficitur mo-
re ordinario, postulat tamen vt prima illius dictio
sit — —; & syllaba vltima vltimi pedis sit breuis.
Si carmen præcedens definit in vocalem, sequens
à consonante incipiet, & contrâ. His positis
quid det Fuga videamus.

S

*Hispani Cæli te carmine cantat Atlantem
Armipotens Mauors, te fronde coronat Athletam
Inuictum; cuius fortissima castra refracti
Hostiles cunei venerantur, & arma regressi
Arcuriij celebrant. &c.*

Hæc iterum carmina includunt fugam; nam in-
cipiendo à voce *Atlantem*, in quâ est signum S
possunt legi.

NOTA II De Idemtitate Metricâ.

CI.

AD Dimetricam pertinent Carmina in quibus
voces aliquæ communes sunt. De illis agit Io. Alstedius Encyclopediæ lib. 10. sect. 4. c. 20.
& illa concordantia siue symphona appellatur.
Ad Dimetricam illa reduco, quoniam illorum
multæ voces pertinent ad duos versus. constat
ex exemplis sequentibus.

Quos {an} guis {di} rus {t} risti {m} ulcedine {p} auit
H } os {san} {mi} {ch} {d}

*Quos anguis dirus tristi mulcedine pavit.
Hos sanguis mirus Christi dulcedine lanit.*

Et canis } in sylvis {vena} tur, & omnia {seruat}.
Et lupus } {nutri}

*Et canis in sylvis venatur, & omnia seruat.
Et lupus in sylvis nutritur, & omnia vastat.*

Le chien } au bois {va chasser} tout {gardant}.
Le loup. } {se nourrit} {perdant}.

*Le chien au bois va chasser tout gardant.
Le loup au bois se nourrit tout perdant.*

Nunc bonus } in mundo {tristatur} & Astra {capeffit}.
Nunc malus } {latatur} {relinquit}.

*Nun bonus in mundo tristatur, & Astra capeffit.
Nun malus in mundo latatur, & Astra relinquit.*

Qui {capit} ambro {siam} Christi {capit} ille {salutem}.
M } {caret} {siâ} {caret} {salute}

*Qui capit ambrosiam Christi capit ille salutem.
Qui caret ambrosiâ Christi caret ille salute.*

Quæ } ira Dei {P} atris {propter pec} cata {per} emit.
M } {fr} {facies pla} {red}

*Quæ ira Dei Patris propter peccata peremit.
Mira Det fratris facies placata redemit.*



MVSA IV. HYPERMETRICA.

¶ CII.



VPRA communem Musarum cothurnum sunt aliqua genera carminum, in quibus præter pedū & syllabarum numerum, etiam literæ & literarum genera numerantur, & confiderantur. Articulos sequentes perpende.

Carmen Panagrammaton.

Dicitur *παναγράμματος* omnium litterarum, meorum, quod omnes literas Abecedarij complectitur. Est tam difficile, ut pauci Poëte se voluerint in eius conformatione fatigare. Hoc quidam Germanus dedit.

Duc Zephyre exurgens curvum cum flatibus aquor.
Scaliger construxit hoc.

Vix Phlegetum Zephyri quæres modò stabra Micyllo.
Stephano Tabourot excidit hoc, ut ipse cap. 20. faterur.

Qui flamboyant guidoit Zephyre sur ces caux.
Et quidem in singulis his Metris omnes literæ Abecedarij continentur.

Carmen Panalexicon.

¶ CIII.

ILLud in quo omnes partes Orationis inclusæ, *παναλεξικόν* vocari poterit, qualia sunt, quæ sequuntur.

Προς δ' ε' μετόν δύσηνον ε' τι φρονε' ε'τ' ε' λειαρών.
Ad me continuo licet ab fera verte precantem.

Αυτός ιδόν λικισίνν δ' τον σόν γεράς ο' ρφον ειδης.
Vide Plurarchum in quæstionibus Platonicis, & alios, qui de hoc argumento scripserunt.

In duobus prioribus versibus nomen, pronomen, verbum, participium, præpositio, adverbium, interjectio, & conjunctio: & in posteriori articulus etiam invenitur.

Carmen Agrammaton.

¶ CIV.

Sunt literæ quæ facili negotio abesse possunt, quod raro ad labium veniant, quales sunt z & y apud Latinos: Ψ apud Græcos, &c. Vocantur in genere Carmina *αγράμματα*, quibus abest aliqua litera Abecedarij. & in specie *Analpha*, in quibus nulla est Alpha: *Abeta*, in quibus nulla est Beta. &c.

Analphos est versus ille Davidis, *Nolite fieri*

sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Afigmon Hermoncus, Poëta clarus, composuit, in quo nulla S. reperitur.

Libellus ille Gallicus, qui inscribitur, *'l. R. abandoné*. præter illam, quæ ponitur in titulo, nullam R. habet.

Sicut unica litera excluditur, possunt duæ vel tres, possunt plures. Rara exempla succurrunt, sed nihilominus aliquot dabimus.

Sanè Ioannes Valentini supremus Musicae Cæsareæ Præfectus, Vir pius & eruditus anno 1647. curiosum, & ingeniosum librum edidit, in quo varia & pulchra carmina legere poteris, & inter alia Hexastichum, nullam literam ex nomine LEOPOLDVS continens. Versibus præscripsit hanc Epigraphen.

In festiuitatibus Beatae Mariae Virginis ex humilitate sine his literis L, E, O, P, O, L, D, V, S, ait Leopoldus (Cæsaris Filius, Frater, Patruus.) Versus ipsos subscribo.

*Gratiâ Nati tantâ
Anima Matri canta;
Carmina canta rara,
Cantica Matri chara:
Amica Magni Nati
In citharâ iam canta Trinitati.*

Et in ipsis nullâ literam ex nomine LEOPOLDVS inuenio. Sicut has literas proscripsit, retentis cæteris, sic potuit cæteras proscribere, his retētis: & hoc præstitit in nomine IEHOVA; in hac enim ad Reginâ Angelorum Oratione, præter sex has nominis Diuini literas, nullam leges.

*Ave Via, ave: Ave Via: juaa.
Eua ea vebo: Vebo ea vi.
Ajo, Heu, heu!
Aja ai, Iuvo.*

Et quidem hæ voces *Ave*, *Eua*, & *ua* maximam habent connexionem. Ab *Eua* prouenit, ut *ua* generi Humano concepto in peccatis dicatur: à *Deipara*, ut natus sit Redemptor; vnde Ecclesia in Hymno.

*Sumens illud Ave
Gabrielis ore
Funda nos in pace
Mutans Evæ nomen.*

Carmen Monosyllabicum.

¶ CV.

Aliqua Gallica ex meris monosyllabis composita, ponit Stephanus Tabourot cap. 20. Latini, quia non habent tot monosyllaba, ut possint suos bene explicare conceptus, sunt contenti si à dictione monosyllaba incipient, & in monosyllabam desinant. Verbi gratiâ.

*Res hominum fragiles alit, & regit atque premit fors,
Fors dubia æternumque labans quam blanda sonet spes,*

Spes

*Spes nullo finita ævo, cui terminus est mors,
Mors avida inferna mergit calligine quam nox,
Nox obitura vicem remeauerit aurea cum lux,
Lux dono concessa Desm, cui præuius est Sol,
Sol cui nec furto Veneris latet arripotens Mars,
Mars nullo de parte Satus, quem Treffa colit gens,
Gens infæna virum, quibus in scelus omne ruit fas,
Fas hominum mactare sacris ferus iste loci mos.
Mos ferus audacis populi, quem nulla tenet lex,
Lex naturali, quem condidit imperio ius,
Ius genitum pietate hominum, ius certa Dei mens,
Mens, quæ caelesti sensu rigat emeritum cor,
Cor vegetum, mundi instar habens, animæ vigor ac vis,
Vis tamen hæc nulla est, verum est iocus, & nihil res.
Recognosce attentè hæc carmina, quæ non so-
lum terminantur, sed & concatenantur mono-
syllabis.*

Carmen Raporticum.

CVI.



Facilius est novos versuum modos adinuenire, quam eos pulchro & apto vocabulo denominare. Illos, qui arithmetico ordine constant dictione monosyllabâ, dissyllabâ, trisyllabâ, pentasyllabâ. &c. Scaliger *Raporticos* appellat. Sed cur? Nominis ratio non succurrit, sed quia aliud melius non habemus, illud retinebimus, vt ab alijs commodè distinguamus. Exempla nonnulla subscribamus.

*Si cupis ornari virtutibus Heliodore. &c.
Dux turmas propriis coniunxerat auxiliares. &c.
Spes Deus æternæ stationis conciliator,
Si castis precibus veniales inuigilemus,
His Pater oratus placabilis adstipulare.*

Quod arte & studio faciunt hodie iuniores, casu interdum excidit non cogitantibus. Nam & Virgilius, qui eiusmodi versus non volebat condere, dixit,

*Ex quibus insignis pulcherrima Deiopeia,
& Homerus similiter.*

Ως μάκαρ ἀτρείδῃ μοιρηχίνας ολβίόδαιμον
Addit & versus Gallicos Tabourotius non paucos, quos ibi poterit Philomusus ingeniosus legere.

Vt hæc carmina fiant, duas idéas proponam; vt Lector diligere possit, quam velit.

|—|υυ|— — —|υυ— —| — υ — —|
| — — υυ|
| — — —| υυ —|υυ — —| — υυ — —|
| — — υυ|

Sicut fiunt versus, quorum dictiones eundo crescunt, fieri possunt & solent, quæ decre-
scant, vt contingit in illo,

*Vestigialibus orbicolas opplere cupit Rex,
cuius idéam subscribo.*

| — — — υυ| — υυ —| — — υυ —| — —|
| — — — υυ — υυ|
| — υυ — —| — υυ —| — υυ —| — —|
| — — — υυ — υυ|
| — υυ — υυ — —| — υυ —| — —|

Addam versus, qui ab initio ad medium

crescant, & hinc iterum ad finem decrescant.
*Tunc meus Europæ generosus amicus erat Sol.
Et cita festiue Lilybæa phalangis erat Dux.*
quos ad hanc idéam poteris conformare.

|—|υυ|— — —|υυ— υυ — υυ —| —|

Nolui aliquas elisiones admittere, quia ipse non augent numerum syllabarum, quia leges positæ perturbarentur.

Dedi versus Hexametros: cur non etiam Pentametros, aut Sapphycos? numerus syllabarum in illis, hunc fluxum non videntur permittere. Tu etiam stude, aliquidque nostris inuentis adde.

NOTA.

IN Rhythmicis & Metricis ius nobis dicunt Veteres, nec est, qui leges ab illis præscribere temerare præsumat. Et tu Iuniorum religiosam obseruantiam miratus, an possis licitè abire & à seruitute hac durâ liberari, perquiris.

Respondeo Rhythmicas consonantias, & Metricas excursus, quæ à Veteribus accepimus, lectissima esse: Iuniores insistere antiquorum vestigijs, non quia sic debent, sed quia sic volunt Ogdoasticha Rhythmica Poëtæ ad hanc idéam concinnant.

A B A B A B CC. (1)

Et quid quæro Poëtæ audaci fieret, qui ad hanc apices.

- vel A B B A A B CC. (2)
- vel A B C A B C DD. (3)
- vel A B C B A C DD. (4)
- vel A B C B C A DD. (5)
- vel A B C C A B DD. (6)
- vel A B C C B A DD. (7)

sua formaret Ogdoasticha? quid ei, si diceret?

*Soys hermosa Cynofura,
Del Mar proceloso Estrella,
De la Tierra suave Rosa:
De las Gracias la mas pura;
De las Nymphas la mas bella,
Las mas rica y poderosa;
Y así de vu:stra gloria,
Honran nuestras Escuelas la memoria.*

Non haberet Veterem, quem sequeretur: at quia non inconcinne modularetur, aure gratè audiretur, & viam sterneret, cui possent insistere homines ingeniosi. Stat igitur non esse illicitum nouas Rhythmicorum Ideas formare.

An & Metrorum? sibi licere nouos numeros & mensuras supponere iudicauit Horatius apud quem multa carmina legeris, quorum Ideas veteribus fuerunt inuisæ. Ergo sicut illi noua versuum genera condere licuit, sic & licet tibi nouis versuum generibus Artem ditare. P. Eugenio de S. Iosepho assentior, qui in Castro doloris & honoris in Ferdinandi III. Imperatoris funere erecto nouas Ideas versuum concinnat, quas libuit vocare *arbitrarias*. Illis Ego hanc accenseo.

| — υ —| — υ —| — υ —| — υ —| — υ —| — —|
| — υ —| — υ —| — υυ —| — υ —| — —|

& ad illam sequentes periodos elimo.

*Occidunt Pleiades, nascuntur & astra: secreti
Concinnunt & Genij carmina: metra Phœbus.
Suspiciit Calorum supremas Continens arces,
Et vetus Neptunus sydera celsa Cæli.*
Summus astireti aliis pedibus Disticha scandere &
sic forte non aridebunt nobis isti: at verò, si
semel mens assuefiat mensuris istis, alias exorbi-
tantes iudicabit.

Consultò, si mens assuefiat, dixi: quoniam
vt in Grammatica audace demonstraui, aliquæ
(paucæ tamen) syllabæ habent quantitatem ad
placitum; sed habent quidem: at cæteræ om-
nes habent quantitatem secundum dici, in his
vocibus *Legens*, & *Legens* prima syllaba nec bre-
uis nec longa est: nec auris inter *le* & *lè* differen-
tiam reperiet: & tamen meus fingit differentiam
& in *Legens* esse longam, & in *Legens* esse bre-
uem affirmat.

NOTA.

Egimus de Rhythmicâ, & Metricâ, & de Metame-
trica sumus acturi, & multa tractaturi, quæ sine
Matheseos cognitione nequeat intelligi: hanc ob rem, vt ex
dictis ad dicenda pede libero transeas, Philomuse, ster-
net viam sequens Digressio, in qua proponemus aliqua
Mathematicarum operationum compendia, quæ te inuent,
in Carminum multiplicatione.

*De Mathesi (Arithmetica, & Geo-
metria) prout Apollini (Rhyth-
mico, Metrico, Metametri-
co, &c.) seruire potest,*

Dvæ sunt Matheseos partes, quæ Me-
tametricæ ancillantur; Arithmetica
& Geometrica: illa Discretam, hæc
autem Continuum Quantitatem spe-
culatur. Prior Rhythmicam, & vtra-
que subcollat Metricam. Rhythmus in nume-
ro syllabarum consistit: non autem syllabas bre-
ues à longis distinguit, & ideo Arithmeticæ in-
nititur, & à Geometriæ meditatione non depen-
det. At metrum, vt dixi, vtraque cooperante
conformatur. Rem dilucido exemplis.

Rhythmus Decasyllabus, qui vulgò Italus
dicitur, non quod ab Italis inuentus, sed quod
excultus, & pretio habitus sit, iubetur habere
vltimum accentum (acutum, nam lingua non
cognoscit alium) in decimâ syllabâ: & vt hunc
numerum exhibeat sufficit Arithmetica. Con-
sidera sequentes numeros.

12 4 6 8 10
Consistia mi remedio en el olvido,
2 4 6 8 10

Mas olvide me entonces del remedio.

Hos versus aliqui vocant Hendecasyllabos, sed
immeritò, non enim perunt syllabarum nume-
rum determinatum: nam, si oxytoni sint, ha-
bent decem; si paroxytoni, vndecim; & si pro-
paroxytoni, duodecimi; at accentus vltimus
in decima syllabâ constantissimus est. Fuit sanè

denominationis occasio, quod plerique omnes
versus sint proxytoni.

Metrum Sapphicum est Hendecasyllabum,
& præter syllabam numerum determinatum,
vt tales syllabæ sint longæ, & tales sint breues,
requirit. Lineam sequentem contemplare.

1 3 5 7 9 11
— u — — — | u — u — u

Lucifer nobis oritur coruscus.

Hæc est Metrica Linea: non solum postulat vn-
decim syllabas, sed iubet, vt in secundo, sexto,
septimo, & nono loco breues sint; in vltimo
longa, brevis — ve; & in cæteris longæ. Sanè,
quia, si Zenoni assentimur, è Lineis oritur su-
perficies, & ex superficiebus Cubus: se insinua-
bit in Metametricam Geometria, & concinna-
bit Metra Triangularia, Quadrangularia, &c.
Circularia, &c. Cubica, vt inferius videbimus.

Redeo ad Arithmeticam, cuius præcipua &
communiora munia sunt, Congregare, Subtra-
here, Diuidere, & Multiplicare. Et, quia nu-
meros appositos summa facilitate coniungimus,
& difficulter per communes regulas multiplica-
mus, dabo multiplicandi leges aliquas, quæ in
Congregatione numerorum consistant. Voces
expono.

Character vltimus dat vnitates, penulti-
mus decades, antepenultimus centurias, quartus
à fine millenaria (chiliades) quintus à fine de-
ces millenaria (myriades) sextus à fine centies
millenaria: septimus milliones: tertius decimus
milliones-millionum (billiones) vnde-vigesi-
mus milliones millionum millionum (trillions)
vigessimus-quintus milliones millionum millio-
num millionum (quadrillions) &c.

Repetere numerum, est illum iterum subscri-
bere: *Promovere*, est illum subscribere per vnuni
locum characteres singulos promovendo. *Re-
trahere*, est illum subscribere, per vnuni locum
characteres singulos retrahendo.

A. 1654. B. 1654. C. 1654.
1654. 1654. 1654.

Repetitionis habes exemplum in A: Promotio-
nis in B: Retractionis in C. His positis ad mul-
tiplicationis leges veniamus.

Duplicare est facillimum, quia incipiendo
à dextera sinistram versus, singulos numeros ef-
se bis positos supponimus; vt, si nu | 1 4 2 5 6
merus 14256. esset duplicandus, di- | 2 8 5 1 2
ceremus bis 6. sunt 12; scribantur 2. & 1. cum
bis 5. dabit 11; scribitur 1. & 1. cum bis 2. dabit
5. bis 4. erunt 8. & bis 1. erunt 2.

Quadruplicare est bis duplicare, & octupli-
care est ter duplicare: vnde, si sint | A. 4321
numeri ABCD in proportione du- | B. 8642
pla positi, respectu A. erit B. duplus | C. 19284
C. quadruplus; & D. octuplus: & re- | D. 38568
spectu B. A semissis, C duplus, & D. quadru-
plus; & respectu C. erit A quadrans; B. semis-
sis; D. duplus; & tandem respectu D. erit A
octans, B quadrans, & C semissis.

Si triplicare numerum A volueris, iungi-
A & B. si quinduplicare, iunge A & C. si septe-
plicare, iunge A & C. si nouemplicare, iunge
A & D.

Vt per 10. multiplices, adde vnam ciphra
vt per 100. duas, vt per 1000. tres | A. 16
&c. vnde respectu A. numerus B | B. 160
erit decuplus, C. centuplus, D mil- | C. 1600
lecuplus. | D. 16000

Hac Regula etiam in diuisione habet vsu-
nam auferre vnam ciphram, est diuidere per de-
cem; auferre duas, est diuidere per centum. &c.
vnde respectu E, erit F decima pars; | E. 2643
G centesima; & H millesima. &c. | F. 264 $\frac{3}{10}$

Hac doctrina succurrit sepiissi- | G. 26 $\frac{43}{100}$
me in Geometricis; crebro etiam in | H. 2 $\frac{643}{1000}$
Politicis, nam multi nummi habent inter se pro-
portionem vt 1. ad 10: Romę enim Scutum de-
cem Iulij aequiualeat.

Multiplicare per 20. per 30. per 40. &c. est
multiplicare per 2. per 3. & per 4. & addere po-
stica vnam ciphram.

Ducatum Hispanicum 11. Regalium est.
Sed quomodo ducata conuertentur in Regales?
scribe Ducatorum numerum, & eundem rescri-
be retrahendo; & summa erit numerus Regali-
um, qui quiriatur.

A. 1 D. 10 G. 5634.
B. 1 E. 10 H. 5634.

C. 11 F. 110 I. 61974

Ecce modum facillimum multiplicandi per 11.
Ducata G. in Regales conuersa transire in I. nu-
meri ABC. & DEF euidenter demonstrant.

Vt multiplices per 12. 13. 14. 15. &c. nu-
merum datum duplica, triplica, quadruplica,
quincuplica, &c. & postea eundem | A 1325
rescribe retrahendo. Sanè respectu | B 2650
A. est B. duplus; C. quadruplus; & | C 5300
D. octuplus. Ergo, vt multiplices A | D 10600
per 11. iunge A & E, quod paulo
ante fecisti: vt per 12. iunge B. & E; | E 1325
vt per 13. iunge A. B & E: vt per 14. iunge C
& E: vt per 15. iunge A, C, & E: vt per 16. iun-
ge B, C, & E: vt per 17. iunge A, B, C, & E: vt per
18. iunge D & E: vt per 19. iunge A, D, & E.

Vt multiplices per 21. 22. &c. 31. 32. &c. 41.
&c. numerum datum multiplica per primum
numerum, & iterum per secundum (etiam per ter-
tium quartumque, si in multiplicatore sint plu-
res characteres) & postea illos scribe promouen-
do. Pono exemplum. Numerus | A. 1325
A 1325. multiplicatus per 12. est | B. 2650
A & B: multiplicatus per 124. est | C. 5300
A, B, C: multiplicatus per 1248. | D. 10600
est A, B, C, D.

Vt igitur vsus huius doctrinae innotescat
liquidius, pono ob oculos Coelum, quod exhibet.
Tabula 16. B. & interrogo, Quot illud ver-
sus concinit? Computum instituiam, ut possim
respondere exacte. Coelum illud habet 2nde-
cim Orbes.

A B C D E F G H I K L
1. 12. 24. 48. 48. 96. 96. 96. 144.
Ergo ab vnitatem incipiendo, debemus per hos
numeros multiplicatione peragere. Considera
sequentem Tabulam, in qua vt 1 ad 2. b ad c. &
c ad d; & e ad f; & f ad g; & g ad h; ita e infim.

ad m; & m ad n; & p ad q; & q ad r. Numeri
quibus Cruces (†) perpendiculares respondent
sunt in vnam summam redigendi.

Orbis I. 1
Orbis II. 12
Orbis III. 12

24
c 24 | †
d 48 | †
e 288

Orbis IV. a 48
b 576
c 1152 | †
d 2304 | †
e 13824

Orbis V. a 48
b 27648
c 55296 | †
d 110592 | †
e 663552

Orbis VI. a 48
b 1327104
c 2654208 | †
d 5308416 | †
e 31850496 | †

Orbis VII. 06
f 63700992 | †
g 127401984 | †
h 254803968 | †
e 3057647616 | †

Orbis VIII. 96
f 6115295232 | †
g 12230590464 | †
h 24461180928 | †
e 29353411130 | †

Orbis IX. 96
f 587068342272 | †
g 1174136684544 | †
h 2348273379088 | †
e 28179280529056 | †

Orbis X. 96
f 56358561058112 | †
g 112717122116224 | †
h 225434244232448 | †
e 2705210930789376 | †
244

Orbis XI. m 5410421861578752
n 10820843723157504 | †
o 10820843723157504 | †
Disticha 389; 550; 374; 033; 670; 144. Retrogr.
Disticha 779; 100; 748; 067; 340; 288. simpl.
Versus 13 558; 201; 496; 134; 680; 576. simpl.
APOL.

A P O L L O
A N C E P S.

*Vocales damus abstractas; has Zoile lauda,
Aut præscindi alias fac meliore modo.*

CVII.



PHYSICA Scientiarum est illustrissima, sed meta habet; nō enim caret termino Mundus, nec termino Mundi consideratio. A meta Physicæ incipit ius dicere Ingenijs alia scientia, quæ non solum potest vocari Metaphysica, sed meta Physicæ: & considerat ens in communi à suis differentijs præcisum. Qui enim dicit ens, nec dicit substantiam, nec accidens, sed conceptum aliquem indifferentem, qui contrahi possit & esse substantia vel accidens. Hanc ipsam Facultatem Apollo transfudit ad Parnassum, iubetque Poëtas suos Metaphysicos esse, & syllabas abstractas meditari. Syllabarum aliæ sunt longæ, & aliæ breues; & præscindendo vocales à differentijs istis, manebit syllaba abstracta & indifferens vt contrahi possit. Sed ubi? In solo conceptu? an in rebus? Me vocas, video, & ad illam illicis controuersiam, quæ inquit, An vniuersalia formentur à solo Intellectu, an verò in rebus sint ante omnem Mentis operationem? Respondeat, vt velit Metalogicus; scio enim extra Parnassum illam obtinere sententiam, quæ statuit Vniuersalia ad Mentem, sicut Picturam ad Appelletem comparari, est enim Intellectualis Meditatio Vniuersalitatum omnium conditrix. At in Parnasso apud Apollinem Plato est, qui Poeta Philosophicus fuisse videtur, & admittit vniuersales, & indifferentes entitates, non tantum à contractiuis differentiis, sed etiã ab omni speculatione præcisas. Et quia in Parnasso omnia aut ferè componuntur literis, syllabis, & locis, admittit plures indifferentes. *Primò* literas in vocales & consonantes diuidit, & abstractione factâ ponit nobis ob oculos I, & V. Literas indifferentes, quæ possint esse vocales, & consonæ, prout Poetæ, & Metametrico præcipuè, placuerit. *Secundò*, licet Metaphysici non habeant conceptum aliquem mediū inter Ens, & Non-Ens, Metametrici habent mediam inter literam, & Non-literam, & hæc est H, quam aliquando esse consonantem, & aliquando non, inferius demonstraturus sum. *Tertiò*, inter correptas, & productas reperit eruditio syllabas communes, & indifferentes, quæ contrahi possint, si vel carmen

postulet, vel Poeta velit. *Est autem syllaba breuis, quæ simplum: longa, quæ duplum tempus in sua prolatione requirit. Et indifferens est syllaba à longitudine, & à breuitate præcisa, quæ contrahi possit, & si Poeta placeat, corripit vel produci.* In sensum etiam carminum datur abstractio. *Primò* enim, si Vniuersalitas in confusione consistit, Logogriphi, quos ista Facultas proponit, confusissimi, & plerumque obscurissimi, luce carent. *Secundò*, si Vniuersale terminos contradictorios simul capiat, vt Animal, quod & rationale, & irrationale simul est: etiam dabit Metametricus carmina, quæ simul contradictorios sensus habeant, quod vix poterit Rhetor, vix Poeta, qui studuit Facultati vulgatæ. *Tandem* datur etiam locus indifferens, in quo poni istos, vel illos pedes perinde sit: quæ omnia viris eruditis sunt nota, notioraque à nobis reddentur.

Terna attributa Apollo in vniuersalibus, & indifferentibus speculatur; Vnitatem, Veritatē, Bonitatem. Vnitati correspondet Pluralitas, & Vnitas reperitur in syllaba, quando stante eadem significatione mutatur quantitas, vt *Cactus*, cuius prima syllaba est indifferens, vnâ & eadem significatione permanente. Pluralitas significationis varietatem insinuat, vt videre est in hac voce *Lepores*; aliud enim intelligimus, cum *Lepores*, aliud cum *Leporēs* audimus. Indifferentiæ Veritas pendet a veterum authoritate & varietate; nam quæ à Virgilio, Ouidio, & alijs clarissimis illius æui Poëtis variè acceptæ, indifferentes verè sunt. Indifferentiæ Bonitas est vtilitas; tolle enim syllabas indifferentes, & funditis euertes Parnassum, quem subrigimus. Ambages enim labyrinthorum ingeniosæ; fluxuum refluxuumque reciprocationes, quæ reperiuntur in Retrogradis; Fulmina & Pyroboli, Gyri; & alia innumera noua carminum genera, quæ fluunt in nostri Parnassi *polydrōmo*, deberent necessario perire.

Regulæ Indifferentium.

CVIII.



Peræ pretium erit aliquas scribere regulas, quæ nos manu-ducant, cum indifferentes venamur: in quibus probatissimos authores sequemur, opinantes permissum iri Dædalo in labyrinthorum difficillimâ fabricâ, quæ Archi-

tectis cæteris in erectione simplicis ædificij : hoc est, censentes indulgendum labyrinthæorum carminum conditoribus, quò licuit veteribus Poetis, nulla necessitate aut ratione compulsis.

De Positione in eadem voce.

☞ CIX.



Generalissima est positionis Regula, quæ docet vocalem natura breuem, si duæ aut plures sequantur consonantes, produci. Interim circa hanc ipsam vniuersalem legem, aliqua viri illustres notarunt.

Primò enim placet ponere verba Heluici & Bachmanni lib. 1. Poetices §. 4. pag. 19. agunt enim de deriuatione, & sic inquirunt [*A Tempus temporis* secundam in *Tempus* Comici corripere possunt; alij non item. Scaliger Poeticæ pag. 8 26.] Et secundò dubitare quis posset, an H, sit consonans? Occurrunt enim pro vtraque parte exempla, nec pauca, nec ignobilium Scriptorum. Non esse consonantem probo ex

Ouid. 6. Met. *Et auiti nominis hæres Tantalus.*
Virg. 10. æn. *Orator inueni meq; hoc ita ponere sentis.*
Ibid. *Instat cui Turnus, stridentemq; eminus hastam.*
Ibid. *Credidit, atq; animo spem turbidus hausit inanem.*

At esse consonantem probo ex

Virg. 4. æn. *Gentis honor, hærent infixi pectore vultus.*
Propertio. *Et tibi Pæonias inter Heroïdas omnes.*
Ausonio. *Mercator hodie cras ciitharædus erit.*
Ouidio. *Et quæ præteryt hora redire nequit.*
Vir. *Qui teneat, nã inculta videt, homines, ne, fera, ne.*
Eodem. *Ille latus niueum molli fistus Hyacintho.*

Ibid. *Græius homo infectus fugiẽs profugus Hymeneios.*
Scio aliquos velle libros corrigere, & aliter legere. Scio hæc cæsuræ adscribi, & tyronibus temerè imitanda non esse, docere Christophorum Heluicum, & Conradum Bachmannum Academicæ Giesensæ Professores: noto tamen illos non dicere numquam fore imitanda. Quo ergo imitari illo poteris, quin temerè audere dicaris?

Respondedo in Metricis non esse locum imitationi horum Authorum, at fore in Metametricis; quis enim æquus censor negabit posse aliquando fieri in istis, quæ in illis legimus; Ergo maneat hæc Regula, *Prima syllaba pedis Dactyli, vel Spondæi, si sit ultima dictionis desinentis impure, quando dictione sequens incipit ab H, in Metametricis poterit aliquando produci.* Consultò posui illud, aliquando, ne semper aut frequenter id fiat.

☞ CX.



Mutua vocalis dictionis pure desinentis, si breuis sit; & sequatur vox incipiens ab SC.SP. S Q. ST. X. aut Z. sit indifferens. Ago de dictione pure desinente; nam si hæc in consonantem desinat erit longa. Vulgus Poetarum illam breuem iudicat; Christophorus Heluicus, & Conradus Bachmannus in Poeticæ lib. 1. cap. 2. §. 1. pag. 9. eandem rectius produci quàm corripì: iubentque videri

Scaligerum in *Catull.* Fridericum Taubmannum in *Culic. Virg.* vers. 193. & Præf. Melobæf. Melissum in *Salam Fidl.* p. 30. Ianum Grutertum in *Medeam Senecæ*; qui præcipit etiam, vt Iuuenes hoc semper meminerint & imitentur. Adde exempla.

Cùm primum locum tenet in pede Dactylo vel Spondæo eiusmodi vocalis producitur.

Silius. *Immane stridens agitur crebroque coacta.*

Catullus. *Nulla fugæ ratio, nulla spes, omnia muta*

Tibullus. *Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.*

Iuuenalis. *Occulta spolia & plures de pace triumpho.*

Statius. *Perceles agile studiũ, & tenuissima virtus.*

Virgilius. *Venisti tandem, tuaque spectata parenti.*

Cùm secundum locum tenet in pede Spondæo etiam producitur.

Virg. *Ferte citi ferrum, date tela, scandite mirum.*

Mart. *Quid gladium demens Romana stringis in me.*

Cùm secundum locum occupat in pede Dactylo, corripitur,

Horatius. *Sæpe stylum veritas.*

Ouidius. *Nemorosa Zacynthus.*

Catullus. *Consuluitque stryges.*

Virgilius. *Vnda Schamandri,*

Et tandem cùm tertium tenet in pede Dactylo corripitur.

Virgilius. *Ponite spes.*

Et iterũ. *Horrida squamosi voluentia mēbra draconum.*

Horatius. *Fornice stantem.*

Pictorius. *Cuncta ubi spes stabili supplicat ore Deorum.*


Ergo eiusmodi syllaba est, quantum volumus Ergo hæc ipsa libertas summè erit Metametricè utilis, vt constat ex sequenti Retrogrado.

Rẽcludens cunctã spe, hosti stã scãã rẽflexã.

Rẽflexã Scãã stã hosti, spẽ cunctã rẽcludens.

Scãã est porta Trojana.

☞ CXI.



Uoce in eadem syllaba, si breuis est natura, & muta sequatur cum liquidã, (pura si vtraque consona pertineat ad sequentem syllabam) semper breuiabit sermo solutus, at carminum poterit producere, seu breuiare. Vt constat

ex vocibus *Rẽflecto, Rẽclamo, aplustis, Rẽpleo, atque agri, Tenebræ.* Liquidæ apud Latinos sunt L, R: apud Græcos etiam M, & N. vt apparet in vocibus *Cygnus, Daphne, Prõgne, Tẽchna, Tẽcmeffa;* & Vnde etiam apud ipsos vocalis ante MN, GP, PT, &c. corripitur solet. Apud Latinos non fertur hæc Regula, voces enim *Azmen, Cognitus, Ignotus, Scriptus,* &c. habent primam longam.

An-ne imitari Græcos Latinus poterit? In Latinis dictionibus non poterit, at Græcas ipsas voces efferat, prout maluerit. Exemplo non sit *Smaragdus.*

Ouid. 2. Amor. Eleg. 6. *Tu poteras virides perire hebetare Smaragdos,*

Martialis lib. 3. *Sardomychas Smaragdos adamans Iaspidas vno.*

Portat in articulo.

Vbi, vt vides Ouidius *Smaragdõs* dixit more Latino: & *Smaragdos* Martialis more Græco.

Quando muta pertinet ad priorem syllabam liquidam ad posteriorem, duarum consonantium

vim habent, vt *ob-ruo, ob-luctor*. Hinc patet vocem *Tenebræ* sic proferendam ac diuidendam esse; nimirum, *Tēnē-bræ, Tēnē-bræ*.

☞ CXII.



I una dictio desinat in puram vocalem, & sequens incipiat à mutâ & liquidâ, locum habebit opinionum varietas, adeoque indifferentia. Pono correptionis exemplum.

Virgilius. *Quo nos fata trahūt, retrahuntq; sequamur.* Ad do & productionis.

Ovidius. *Nil opus est morte pro me.*

Virgilius. *Terraque tractusque maris.* Eclog. 4.

Idem. *Lappaque tribulique.* Georg. 1.

Idem. *Tribulaque trabeæque.* Georg. 2.

Cæsar Scaliger videtur non iam velle eiusmodi vocalem esse indifferentem, sed longam; libri enim sexti Poeticæ pag. 810. reprehendit hunc versum Pontani, *Christus, cui parent sydera, terra fretum*. Sed defendunt Pontanum Heluicus & Bachmannus, imitatus enim fuit Ovidium, qui hac voce Pentametra clausit. Sequentia carmina considerentur.

Virg. 2. Georg. *Que maxima frondet Besculus.*

Et ibidem. *Scelevatum exquirere frigus,*

Martialis. *Nec matutina si mihi fronte venis.*

Ergo, si Metametricus aliquando faciat, quod non posse non facere contendit Scaliger, nō crit erroris arguendus.

☞ CXIII.



Mitatio Antiquorum decet Poetas, & illi, non Qu, sed QV scribebant, & præcedentem prolongabant, quod duas consonantes præcederet: quem scribendi modum reperio in Mathematicis Romani Doctoris Louaniensis libris ante viginti annos impressis. Dicebant igitur veteres

āqvā, vbi nos *āquā*. Paulatim cœpit V, post Q, liquefcere. Et tunc, quia liberum erat Poetis vti u, vel V, post Q, (hoc est, consonante, vel liquidâ) vocalis quæcumque ante Q, credebatur indifferens, teste Bedâ *lib. de Metris cap. 18*. Pono exempla:

Lucretius. *Quæ calidum faciunt āqvæ tactum atque vaporem.*

Et iterum. *Fit quoque vbi in magnas āqvæ vastasque lacunas.*

Prudentius. — *Vetus illa tamen de crimine aorum.*

Dicitur illata, quoniam concreta veterano est.

Vbi constat vocalem ante Q, non solum in eadem, sed etiam in diuersis vocibus posse produci: quod si Prudentio licuit, cur non etiam Metametrico nostro, si necessitas vrgeat, licebit. Ille versus Virgilij 9. Aeneid.

Rumpe moras omnes, turbata que arripe castra.

Duobus posset modis defendi: nam, vel *bātā-que arripē*, sunt duo dactyli; & tunc synalœpha intermittitur: aut sunt, *bātā-que arripē*, Spondæus, &

dactylus; & tunc firmatur hæc doctrina. Hæc antiquitati & Metametricis relicta sunt; nam hodie paucae sunt vocales indifferentes ante Q, aliquæ tamen, dicimus enim, *Liquor, Liquesco*. *Liquor, Liquidus*: dicimus etiam *Quando*, & tamen inde *Quandoque*, & *Quandoquidem*: & ex *Vbi* habemus *Vbi que*, quæ QV, duas esse consonantes ostendunt.

☞ CXIV.



Amet si illa Regula, *Omnis diphthongus longa est, excepta Præ, que in compositione sequenti vocali corripitur*, videatur temerari non posse: aliqua nihilominus notanda duxi, quibus meus Metametricus adiunaretur. Reperio in *Præire*, & *Præoptare* diphthongum esse indifferentem. Ecce *Præbreuem*.

Ouid. 8. Met. *Et Dij præuñtibûs ambo Membra lauant.*

Idem ad Liuiam. *Et venit stella non præuñte dies.* Ecce etiam longam.

Statius 6. Theb. *Premia cum vacuus domino præirêt Arion.*

Martianus Cappell. *Præoptare caret, si quod placet atque necesse est.*

☞ CXV.



Iphthongi Græcæ in linguâ Latinâ producuntur, nisi contrarium postulet noster accentus. Acuit Latinus antepenultimam, cum penultima est breuis, & cum in vocibus Græcis accentum retinet, penultimam corripit, etiam si sit diphthongus. Pono exempla.

Ἡρακλῆος, Heracliûs,

Ἑλικώνιος, Heliconiûs,

Κονώπειος, Conopœus, & Conopœus

Ἄλβηλα, Albulâ. Martiali.

Dicimus etiam à *Συρακῆσιος, Syracûsius, & Syracôsius*. Item à *χορεία, & πλατεία, Chorêa, & Platea*. In vocum latinitate donaturum diphthongis, standum vsui est; qui audax sub initium, iam iam præscripsisse videtur.

☞ CXVI.



Liquando poterit diphthongum Metametricus noster resolucere, (hoc est, in duas syllabas diuidere) nã hoc licuit sæpè liberioribus Musis: dixit enim

Catullus *Gäudet* pro *Cäudet*, aut *Gäudet*.

Ovidius *Orphëus* pro *Orphëus*, aut *Orphëus*.

Virgilius *Abenëus* pro *æneus*

☞ CXVII.



Icui aliquibus diphthongo claudente priorem vocem, & vocali aperiente posteriorem, synalœpham vitare; & diphthongum corripere aut producere; & Virgilio (obsernantibus Ni-

colao Erythrao, Scaligero lib 4. Poetic. cap. 47. Christophoro Heluico, & Conrado Bachmanno in Poeticæ lib. 2. pag. 155.) vt minimum tribus & quadraginta vicibus; ergo non erimus temerarii aut audaces, si nostro Metametrico eadem licentiam vnâ aut alterâ vice concedamus; maxime, si carminis transfiguratio synalœpham proscribat. Sicut diphthongis, sic etiam interdû alijs vocalibus dictiones subsequentes parcent, vt constat ex subiectis exemplis.

Virgilius. *Et succus pecori, & lac subducitur agnis.*

Idem. *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.*

Idem. *Amphion Dircaus in Actæo Hyacintho.*

Idem. *Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.*

Idem. *Rumpe moras omnes, turbataque arripe castra.*

Idem. *Impleverunt montes, sterunt Rodopeia arces.*

Ouidius. *Iactari quos cernis in Ionio immenso.*

Si quæras, cur hanc sibi licentiam arrogent Poetæ, respondeo eos non tam sibi indulgere, quam Græcos imitari, apud quos frequenter intermittuntur synalœphæ. Consono Verepæo lib. 4. Gramm. pag: 5 16. & Scaligero lib. 4. Poet. c. 48.

CVXIII.



Diximus §. 1. literam H. consonantibus accenseri aliquando, adeoque quando prior dictio desinat in H, & posterior incipiat à consonantes vltimam prioris syllabam, etsi alias breuem, positione produci: (Vide Micyll. lib. 1. de re Metric. pag. 136. & seqq. Agellium lib. 13. cap. 19. & Accium Pontani.) & ideo interrogas, an litera H, synalœpham impediat? Et dubitandi ratio est, quia si H, est consonans, vox quæ ab H, incipit, à consonante incipit; nec potest vocalem præcedentem elidere. Et respondeo, eos, qui H, consonam dicunt, vtrumque necessariò admissuros. Igitur aut H, non semper vocalem præcedentem elidit, aut sunt condemnanda ista carmina.

Virgilius. *Posthabitâ coluisse samo; hæc illius arma.*

Virgilius. *Clamassent, vt litus Hyla, Hyla omne sonaret.*

Iuuenalis. *Si fur displiceat Verri, homicida Miloni.*

Idem. *Viuendum recte est, cum propter plurima, tum his.*

Claudianus. *Nec vaga Hunnorum feritas.*

Sed vnde habet H, quod sit consona? A pronunciatione, quæ apud varios est varia. Apud plerisque Hispanos tam lenis aspiratio est, vt vix sentiatur: plerique illam conseruamus in calamo, vt deriuationum habeatur ratio, & etymon patere possit: omittunt aliqui, quod nolint scribere literam, quam non proferunt. Interim tam durè Corduenses eam efferunt, vt frequentissimè apud Gongoram non admittatur synalœpha. Consule nostram Rhythmicam. Germani fortius inspirant syllabas, & tam intense aliqui, vt Hheth Hebræum, aut fortè X, Græcorum, exprimere labio videantur. Puto igitur

aspirationem, si leniter proferatur, non esse ex consonantium censu; at ipsam, si durè, non minus claudere vocalem, quam cæteræ solent consonantes. Vide libros Hispanos P. Roæ, Viricloquentissimi, à quibus exulant H, & Y.

CVXIX.



Mocalis ante vocalem plerumque breuis est. Isti Genitui apud Poetas gaudent indifferentia, *Illius, istius, ipsius, vnus, vllius, totius, nullius, solius*; Omnes dicimus *Alterius, & alius*. Hispani communiter docemus *Neutrius, vtrius, Alterius, trius, solius*, penultimam habere indifferentem, quam longam tamen tantum esse volunt Bachmannus & Heluicus. Aliqua exempla subscribo.

Vnius. Vnius ob noxam & furias. *Virgil.*

Vnius. — Vnius ob iram Prodimur. *Idem.*

Nullius. Nullius addictus iurare in verba Magistri. *Hor.*

Nullius. Musa loqui præter laudem nullius auari. *Idem.*

Dixi *Alterius* penultimam esse breuem, & apud omnes; nempe Metricos: nam Metametrici possent eandem habere indifferentiam propter sequentia carmina.

Nec alterius indigens opis veni.

Nec concupisces alterius coniugium.

Sunt Iambica; & prius Terentiani Mauri apud Scaligerum in Catalect. pag. 226. & posterius Melissi lib. 1. Melet. Oda 6.

Eodem modo Genituios & Datiuos quinta declinationis producimus, vt *Divē*. exceptis *Rēz, Fidēz, Spēz*: & productionis causa est, quia inter vltimam, & penultimam veteres j, consonans, quod duorum vim habet scribebant: quâ via Lucretius *Rēz* produxit, & Paulinus *Fidēz*, scripserunt enim *Reji, & Fideji*. Reperimus etiam in antiquorum libris. Nominat. *is, eja. id*. Genit. *ejus. Dat. eji. Accus. ejum, ejam, id*. Ablatiuo ab *eio, eja, eio, &c.* quam etiam hodie prolationem multi recentiores vsurpant.

Lucretius lib. 6. *Ipsius Reji rationē reddere possis.*

Et iterum lib. 2. *Nec facile in venas cibus omni deditur eji.*

In verbo *Fio*, aliquando I, est breue, aliquando longum: sed quando illud, vel hoc? Antonius Nebricensis. *R, nisi succedat, recipit duo tempora Fio.* ait enim

Virgilius. *Fiet enim subito sus horridus &c.*

Et iterum. *Pastores mandat fieri sibi talia Daphnis.*

Interim R, succedente Comici *Fi*, producant. & Arator non succedente corripit. Habet iste,

Credite vera fiunt, nec spe frustrabor inani.

Et ex illis habet exempla Muretus in Heautont. act. 3. scen. 3. Taubmannus Amphitruon. act. 3. scen. 2. & Trin. act. 2. scen. 4.

CXX.



Hteriectio *Hen* est monosyllaba & longa: at posse in duas syllabas diuidi obseruauit Philippus Melanchthon in Profod. Reg. II. & adducit Martialem lib. 3. epigr. vltim. dicentem,

Hen

Heu quam bene nunc Papyriane
Annei faceret manus seneri.

☞ CXXI.



Orrò interiectiones in omnibus linguis sunt signa affectuum, & quia hi iam vehementes & celeres, & iam tardi sunt, corripuntur vel produci solent. Hanc obrem *ohē*, primam habet indifferentem. [Sanè, si fastidientis sit, tutius producit; si incitantis vero, tutius corripitur.]
ohē. ohē iam satis est, ohē libele. Martial. libr. 4. epist. vlt.
ohē — Satur est, cum dicit Horatius ohē. Iuvenal. sat. 7.

Ingerere appello trecentos inseris, ohē. Horat. Primum versum Heluicus & Bachmannus adfingunt Virgilio, cum tamen Martialis ille sit, ut notat Philippus Melanchthon. Sed cur *ohē* habet primam longam? qua H, ut consonans potest proferri.

☞ CXXII.



Omina Græca desinentia in IA, penultimam habent communem, dicimus enim *Philosophia*, & *Philosophia*: illud prius more Latino: hoc posterius more Græco, nam legimus *σφίζ*, non *σφία*.

☞ CXXIII.

Metamorphoses literæ I.



Inita in IVS, possunt solui in plures syllabas, ita ut illud j consonans transeat in I vocale. sic dicimus *Pompejus* vel *Pompeius*, *Cajus* vel *Caius*. Et notari oportet vocatiuos *Pompēi*, & *Cāi*, non à *Pompejus* & *Cajus*, sed à *Pompēiūs* & *Cāiūs* exoriri.

Mart. *Peruigil in plumis Cājus ecce iacet.*
Idem. *Quod peto de Cāi, non peto consilium.*
In nominibus proprijs frequenter, & interdum in appellatiuis, incipientibus à j consonante, solet illud I transire in vocale, & corripuntur, ut probant exempla subsequenda.

Virg. *Iulius à magno dimissum nomen Iulo.*
Claud. *Ne laceres versus Dux Iacobe meos.*
Mart. *Et pretium maius fecit iaspidibus.*
In illo versu Virgilij, *Connubio iungam stabili*, propriamque dicabo, sunt qui putent vocem *Connubio* esse — *uu* — Ita Calepinus, qui ait. [*Connubium* à *Nubo*, cuius prima producit: cum in *Connubio* quandoque propter metri necessitatem corripatur.] Faucit huic sententiæ *Pronuba*, & *Innuba*, quæ etiam à *Nubo*. Stando huic opinioni *Connubium* potest Pentametrum claudere: puta, si dicerem, *Iungere promitto cannubio stabili*. vel *Promitto stabili iungere connubio*. At contra multi, à quibus clamat deriuatio, quia venit à *Nubo* primam longam; vnde Heluicus, Bachmannus, & alij *Connubio*, esse — — —, hoc est, trisyllabum & habere secundam longam, ut in *Arjete* & *Parjete*, quod Erythræus agnoscit, & cum seruius per systolen excusat.

☞ CXXVI.



Sicut I consonans in vocale conuertitur, sic & vocale in consonans, Demonstrat hoc rationis paritas, & plurima adfirmant exempla.

Virgilius
*Hærent parietibus scala, postesque sub ipsos
Nituntur gradibus. &c.
Aedificant, sectaque intexunt abijete costas.
Custodes sufferre valent, labat arjete crebro.*

Scio aliquos Proclesumaticum pedem [*uuuu*] malle admittere, quam I vocalem in consonantem vertere: scio aliquos sentire contrà. Interim dum illi dissentiunt, Metametricus subscribat, quibus velit.

☞ CXXV.

Metamorphoses literæ V.



U I, ita etiam V. Metametrici variant, & transformant, cum volunt. V. vocale in consonans, & consonans in vocale conuertunt: ubi enim cæteri *Genua*, dicunt *Genuâ*; & ubi illi *Sylua*, ipsi *Syluæ*. Virgilius.

*Genua lavant, vastos quatit ager anhelitus artus.
Tenuia nec lana per calum vellera ferre.
Nec quidquam in rellis certatim tenuia cera.*

☞ CXXVI.

De Præteritis.



Abent dissyllaba primam longam: at tamen *Dedi*, *Tuli*, *Steti*, *Bibi*, *Fidi*, *Scidi*, & eorū composita *Addidi*, *Attuli*, *Restiti*, *Ebibi*, *Diffidi*, *Conscidi*, eandem breuem: & *Iuvi* indifferentem. cui adiunge *Abscidi*, nam si veniat *Cado* habet I longam, & si à *Scindo* breuem.

Iuvi. Non ita me Diui, vera gemunt, iuverint. Catul.
Abscidit. Abscidit o misero frater ademte mihi. Idē.
Abscidit. Abscidit vultus ensis uterq. sacros. Mart.
Si Præteriti prima geminetur, erit brevis, ut *Cecidi*, *Pupugi*, Præteriti *Tutudi*, videtur secunda esse brevis in Metricis, in Metametricis indifferentem, illam enim produxit Ennius, Heluico, & Bachmanno obseruantibus.

☞ CXXVII.

De Nominum incrementis.



GI de ORIONE voce indifferentissimâ ego alibi: nuuc de alijs.
CASPARIS libentiùs corripio: at docent Eluicus & Bachmannus tutius produci.

MVLIERES apud Terentium, Plantum, & Martialem habent penultimam breuem: apud Fortunatum, Mantuanum, & Ovvenum longam. Ille versus Plauti.

Tres unam pereunt adolescentes mulierem.

fi dicatur Iambicus, probat breue incrementum; si Dactylicus, longum. Sed qualis ipse? Totus Dactylicus præter vltimum Iambum, inquit Ioachimus Camerarius de Carmin. Comic. Et si talis, monstrum est, & non versus.

ADOR nomen esse indeclinabile putat Ambrosius Calepinus; alij contra tenent Veteres dixisse *adör*, *adöris* hoc enim hodie nomine non vtimur. Priscianus citat antiquum Poetam Ganniü.

*Illam sponte factos adöxis strauisse maniplos. &
Emicat in nubes nidoribus ardor adöris.*

Sunt qui inter *Adüs*, *adöris*, & *Adör*, *adöris* distinguant, sicut inter *Decüs*, *decöris*, & *Decör decöris*. Est autem ador frumenti genus, quod & Far appellatur.

Ab *adör* dicimus *adörca*, quod significat gloriam. Plinius libr. 18. cap. 3. *Gloriam denique ipsam à Farris honore Adoream nominabant.* Festus: *Adorea laus, qua gloriosum putabant, qui farris copia abundabat.* Hinc *Adoreus*, a, um. Virgilius Aen. 7. *Instituuntque dapes & adörca liba per herbas subijciunt epulis.* A *Decör* habemus *Decörus*, a, um: & à *Decör*, *Decörus*, a, um: cur ergo non habebimus *adörum* ab *adör*, & *adörum* ab *adör*?

BOS, habet incrementum breue *böus*. In plurali deberet habere *Bönibus*. at per syncopen amittit *vi* & manet Bobus & per crasin *oui* tres literæ contrahuntur in vnam longam, & fit *Bübüs*.

Ausonius. *Aes veluti spirans cum böbüs exagitat.*

Ouidius. *Non profecturis littora bübüs aras.*

Et iterum. *Nauita de ventis, de bübüs narrat arator, Enumerat miles vulnera, pastor oues.*

SYPHAX, habet *Syphacis*. hoc enim incrementum Claudianus corripuit, & produxit Propertius.

MASTIX habet incrementum indifferens, nam tametsi hodie semper dicamus *Mastigis*, Homerus corripuit Iliad. ↓. vers. 600.

ELIX, *elicis*. Quantum habet incrementum? Non reperi apud aliquem: sed neque Heluicus, nec Bachmannus: isti analogia ducti corripendum existimant, dicitur enim ab Eliciendo. nam sicut à *Nutrir* dicuntur *Nutricēs*, sic ab *Elicere* dicuntur *elicēs*. Sed hæc ratio non conuincit omninò, quia ab *strüere* habemus *strüicēs*. Plautus in Menæchm.

Cerales cenas dat, ita mensas exstruit,

Tentat strüicēs, concinnat patinarias.

Poterit ergo Poeta dicere *Elicēs* vel *Elices*. quando, qui contradicat, rationes grauiore nō habeat.

PHOENIX, incrementum longum habet apud Virgilium, & Latinos. At Homerus Iliad. ↓. *Phanïcüs*, & *Phanïcüs* à *Phanïc*?

BEBRYX habet incrementum indifferens: dicimus enim *Bebrycis*, hoc est *Bebrycis* vel *Bebrycis*.

§ CXXVIII.

De Patronymicis.



CRONIVS *κρόνος*, hoc est à Saturno Iupiter, & vnus è Centauris dictus. Cronium etiam pelagus ab Apollonio libr. 4. cap. 16. dicitur Mare Adriaticum: ab alijs teste Plinio libr. 4. cap. 16.

Mare concretum. & tamen ab Homero corripitur Iliad. §. & producitur Iliad. φ. Reperitur etiam *Crönüs* Vir prima longa.

AENEIS habet *Aeneïdös*: at posse aliter hoc incrementum efferri constat clarissimè ex Quidio cuius sunt hæc duo carmina.

Et tamen ille tuus felix Aeneïdös auctor.

Aeneïdös summo grande fuisse opus.

Videtur in hoc vltimo carmine, aut *Aeneïdös* esse — — — tetrasyllabum: aut forte — — — trisyllabum, si dicantur E & I coire in vnam syllabam per crasin.

Nomina finita in EVS, proueniunt à Græco in EIOΣ, aut in AIOΣ si ex EIOΣ corripuntur more Latino, aut producantur more Græco. Dicunt Græci *Καίσαρειός* & Latini *Casareüs*: & hic denominatur *Καίσαρεια*, Palestinæ vrbs, Latini *Casareä*. si ex *αιος* transeunt in *aus*, aut *ëus*, vt enim dicunt Græci *πυθαγοραίος*, nos dicimus *Pythagoreus*, aut *Pythagoreüs*.

Iuuenalis. *Vine bibentis amans & culti villicus hori*
Vnde epulas possis centum dare Pythagoræ

§ CXXIX.

De Verbo, Sum, es fui.



Præsentis secunda personas, ES, est differens [& tamen cum significat ES est longa.]

Virgilius. *Egredere ò quicumque es, ait, coramque*
rentem. Aeneid. 8. 122.

Idem. *Ille autem expirans; non me quicumque*
multo. Aeneid. 10. 379.

Mart. *Scriptus es æterno nunc primum. &c.*

Mantuan. *Tu quoque, vt hinc video, non es ignarus*
amorum. Ecl. 1.

Fortè inciderat in hunc versum Mantuani scioli nescio quis, qui reprehendit Euricium Cordus Poetam Hassum (cuius ingenium non vulgè prædicat Scaliger) quòd libr. 2. Epig. *es* corripisset. In quem Cordus his Distichis ostendit illud *es*, corripui potuisse vel debuisse.

Si nescis, erras. Breues est ES syllaba, quam tu
Protrahis, & male me corripuisse refers.

Id mihi non credis, sed plurimus vndique testis,
Qui te conuincat, me tueatur, erit.

Persius hinc, illinc cui patria Bilbilis author,
Alter Fur es ait: Mœchus es, alter ait.

Et quid ad hoc dicis? Delator es? & quid ad illud,
Dignus es aut procos pascere? sunt-ne satis!

Plura voles forsân, possim tibi dicere plura.

Magnus es Ardelio. si vir es ecce nega.

His, si non fueris contentus, habebis & istud,

Tu quod es, è populo quilibet esse potest.
Factus es ipse caper. Fraudator es, obicit idem.

Et Fellator es, & Non es & es Chrono.

Quin etiam accedet maior vel utroque Catullus,
Et sua cui tantum Delia fecit opus.

Hic tibi reclamat. Puerum corrumpere es ausus!
Alter, Descendis multus es & patichus.

Consentire mihi iam te puto, si qua negabis.

Contra te testes noueris esse tuos.

☞ CXXX.



E illis duabus personis *Fuerimus, Fuentis*. magna est concertatio inter doctos: quæ quidem ad omnia verba se extendit, habemus enim, *Amauerimus, amaueritis: Docuerimus, Docueritis: Legerimus, Legeritis: Audierimus, Audieritis*. &c. & inquirimus, an penultima sit brevis, vel longa?

Lego in Heluico & Bachmanno, *Futurum subiunctiuu modi à quibusdam tantum produci censetur, à quibusdam tantum corripitur: hinc à plerisque commune esse statuitur*. Antonius Nebricensis, *Orator Patriæ doctum ne spreuerit usum*. Diomedes inter præteritum & futurum distinguit, ita vt præteritum acuiatur & corripatur, & futurum circumflectatur, & producat. Fauet ei ratio, quia breuiora citius præterlabuntur, & præteritum citius elapsum est, quàm futurum. Ergo ad eius labium & calammum sic debet scribi, & proferri hæc periodus,

*Si te uiderimus sæuissimæ Celtiber annos
Ante duos, vel cras Romæ fuerimus apud te,
Calitus exploso superi nos fulmine perdant.*

Mycillus adspulatur Diomedis, exemplis, ductus: quæ enim producuntur, futuri significationem habere videntur, non præteriti. Seruius, Probus, & Georg. Valla vtrumque tantum corripunt, eosque barbarissimi agunt reos, qui producunt. Petrus Ramus contra vtrumque tantum corripit, & exempla ad diastolem & Poeticam licentiam retorquet.

Ego ab hac difficultate sic me expedio. Vtrumque Orator in Hispania producat, in Germania corripiat, & vbiicumque fuerit, loquatur cum doctis illius loci: at Poeta vtatur illa syllabâ tanquam indifferenti. Illam enim corripuerunt, vt hæc suadent exempla.

Virgilius. *Egerimus nostri & nimium meminisse necesse est.*

Ouidius. *Videritis stellas illic ubi circulus axem.*
Idemque. *Hæc ubi dixeritis seruet sua dona rogata.*

prodixeruntque & circumflexerunt eandem,
Ennius. *Nec mæ aurum posco, nec mihi pretium dederitis.*

Catullus. *Dein cum millia multa fecerimus.*
Ouidius. *Vitam dederitis in vndis.*
Idem. *Et maris Iony transferitis aquas.*
Et iterum. *Consulis ut limen contigeritis, erit.*

Sunt aliqua apud veteres carmina, quæ facile ad hoc tempus reducas: & non facile dixeris pertinere ad præteritum.

Virgilius. *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.*

Idem. *Obstupui steteruntque comæ, vox faucibus hæsit.*

Horatius. *Dii tibi diuitias dederunt.* &c.
Silius. *Ter rueruot pauidos.* &c.

Despanterius lib. 4. Grammaticæ, vt illud incrementum saluet, ad licentiam recurrit: Antonius Nebricensis, quo auctore Hispani vtuntur, ad ius & legem: inquit enim,

Corripit interdum, Steterunt, Dederunt-que Poeta.

Et D. Laurentius Ramirez de Prado ad subiunctiuum. in suo enim Pentecontarcho, siue quinquaginta militum Ductore, cap. 3. sic inquit. [Virgilius in Buccolicis Eclog. 4. vers. 61.

Matri longa decem tulerunt. &c.

quo in loco digladiantur Grammatici, *Tulerunt* media breui, an *Tulerint* legendum? Ego *Tulerint* retineo, sed alio sensu, quàm ipsi putant. id est, *Ride o puer matri, nam sic auferes fastidium decem mensium matri tuæ.* At ego bene dici *Tulerunt* inquam mediâ breui: hoc enim ab autoritate pendet: & omnes, quos viderim, præter D. Laurentium id admittunt. Addam, etsi verbum ad subiunctiuum spectet, expositionem D. Laurentij non probari: non enim *Tulerint* esset *Abstulerint*, sed *Attulerint*: melius Virgilium exponeret, si diceret, esse illud *Tulerint* in tempore dubitatio, & æquiualeere huic periodo, *Ride matri tuæ, o puer: multo enlm tempore, & fortè decem mensibus, illi fuisti fastidio.*

☞ CXXXI.

De vltimis syllabis.



Ecognoscamus etiâ vltimas syllabas, & quænam sint indifferentes videamus. & hic notari volo ditiores esse Græcos Latinis, habereque multo plures syllabas indifferentes quàm nos, & præcipuè finales: quæ apud Homerum & alios veteres aut fere sunt indifferentes, aut ægrè poterunt ad certas regulas & leges reduci.

De finitis in A.

Vox *Bonâ*, ad varios casus & genera pertinet. In nominatiuo, & vocatiuo sing. fœmen. & in nominatiuo accusatiuo, & vocatiuo plur. neutr. habet vltimam breuem. In ablatiivo singul. fœm. longam. Interdum Philomusus ignorare non debet A in ipsius nominatiui sine fuisse interdum productam; dixit enim Aufonius.

Odit utrâque, aliud da modò consilium.

Non festinato tempore utrâque daret.

Et Prudentius.

Tua sunt tua, Rector, utrâque.

Friola utrâque & utrâque nihil.

An hoc est priuilegium solius vocis *utrâque*? an ad alias etiam voces extenditur? an saltem voci *Neutra* conuenit? Tu considera.

SED quantum est imperatiuum *Ama*? Catullus corripuit *Commôdâ*: etiam *Plutâ*: & hoc Cordus Poeta Hassus, & alij excellentissimi Auctores etiam hodie imitantur. Ergo *Commôda*, & *Pluta* vltimam habent indifferentem: Cur non de alijs pariformiter poterimus philosophari? [Vide Seruium ad vers. 65 1. lib. 2. æneid.]

VOCATIVI Græci in A producuntur; sed hæc regula violatur à Propertio & Ouidio: ille enim à *Arriidâ* corripuit; & iste à *Orestâ*.

Propertius. *Non ita Dardanio gauisus Atrida triumpho es.*

Ouidius. *Fecerunt furia tristis Oresta tuæ.*

An-ne & ab alijs poterit? Cur non? Nam Philip-

ripi. Dicamus ergo in Metricis hanc voculam debere produci, at in Metametricis iniustum non erit illam communem dicere, & sequi Iustum.

PEREGRINA liberiora sunt. *Sadoc* produciunt *Heluicus*, & *Bachmannus*: *Abimelec*, & *Melchisedec* corripit *Verepæus*. Sed cur? Præter *melch*, quam syllabam producit positio, putabo cæteras in utroque nomine (*Abimelec* & *Melchisedec*) indifferentes esse: nam si accentus habeatur ratio, Hebræus pronunciat *Abimelec*, *Melchisedec*: si quantitatibus apud Hebræos, duæ ultimæ vocales sunt breues; unde *Abimeléc*, & *Melchisedec* Latinus diceret. Sed hic obiter nota, eosdem Hebræos, ubi ad Carmina formanda veniunt summam doctrinæ inconsequentiam omnes breues longarum censui adscribere, & sœcivam solam, quæ est correpta, hoc est, ad eorum mentem, breui brevior, tanquam breuem cognoscere. Ut vel hinc pateat syllabarum brevium longarumque distinctionem esse secundum dici: sed de hoc in Grammaticâ audaci agam vberius.

De finitis in D.

FINITA in D, apud Latinos rara sunt, corripuntur tamen, ut *Ad*, *Id*, *Sed*: apud Hebræos multa, & multò liberius mensurantur. *David* interdum produciunt, interdum corripitur.

- Iuvenius. *Erecto indulget Davidis origine.*
- Sedulius. *Davidicis assuetus cantibus,*
- Ecclesia. *Israël tu Rex, Davidis & inclita proles.*

De finitis in E.

IN primâ declinatione longa sunt: ut *Mūsicē*; *Rhetōricē*; *ethicē*; & sunt nominatiui Græci pro quibus dicimus *Mūsicā*, *Rhetōricā*, *ethicā*. An-ne possit aliquis corripere hanc E? Iuvenalis pro *Καλωη* dixit *Calpē*. Anne bene? Negat Scaliger. Sed cum sæpe *n* & *ω* transeant in breues, non est cur errasse dicatur Iuvenalis.

Ex adiectiuo *Musicus*, *Musica*, *Musicum*; quanta est ultima vocis *Musice*? Respondeo illam, vel esse nominatiuum fœmininum primæ declinationis more Græco, vel vocatiuum masc. secundæ, vel aduerbium. Si primum aut ultimum, est longa; si secundum, est breuis.

In tertiâ declinatione Nominatiui, Accusatiui, & Vocatiui Neutorum, & Ablatiui Masculinorum & Fœmininorum corripuntur, exceptâ voce *Famē*.

In quintâ Ablatiui sunt longi. Ut *Speciē*, *Diē*. Item aduerbia ab illis orta, ut *Quotidie*, *Ho-die*, &c.

Aduerbia à nominibus adiectiuus primæ, & secundæ declinationis deducta, habent ultimam longam. Excipe *Benē* & *Mâlē*. Sed hæc omnia aduerbia corripuerunt antiqui. Reperio enim *Longē*, apud Lucretium: ait enim, *Longē tamen parte à summâ cum tota videtur*. Imò etiam *Clarē*, & *Infernē*, apud eundem. *Tutē* etiam lib. 1. *Accipe præterea que corpora iurē necesse est confiteare*. [Sed iure forte est tu-te, tu ipse] *Supernē* apud Lucretium, & Horatium. *Apprimē* apud Virgilium: sed nota in

Virgilio varias esse lectiones, & multa manuscripta aliter præ se ferre. Exemplaria quibus utebatur P. Ludouicus de la Cerda, habebant, *Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis*. Georg. 3. 149. illud quo Erythræus *Apprima*: illud quo Heluicus & Bachmannus, *Asper acerbè sonans*. Ergo aduerbium *acerbè* habet ultimam breuem: quod in idem recidit. Aduerbium *Fere* ab omnibus produciunt, & tamen ab Ausonio corripitur nullius exemplo. Quæ à tertiâ declinatione proueniunt, habent ultimam breuem. *Temerè* aliquando produciunt.

Tertullianus. *Immemor ille Dei temerè committere tale*.

Sed quia Seneca, & alij corripunt, non debet *Temerè* temerè prolongari.

Imperatiui secundæ coniugationis habent E, longum, ut *Docē*, *Monē*. Habent tamen ancipitem *Vālē*, *Cānē*, *Vidē*, *Respondē*.

Virgilius. *Iamque vale: feror ingenti circumdata nocte*. Georg. 4. 497.

Idem. *Iamque vale, & nati serua communis amorem*. æneid. 2. 789.

Et iterum. *Et longum formose vale, vale inquit Iola*. Ecl. 3. 79.

Ouidius. *Idq; quod ignoti faciunt, vale dicere saltem*. 1. Trist. Eleg. 7.

Idem. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis*.

Horatius. *Vnde vale: caue, ne titubes mandataque frangas*. lib. 1. Epist. 13.

Cato. *Hoc vide ne rursus leuitatis crimine damnes*.

Persius. *Auriculas vide, sis, ne maiorum tibi fortè*.

Val. *Incumbens obrussa mero, vide lata comantem*.

Martialis. *Si quando venies dicet, responde Poëta*. lib. 3. Ep. 4.

Virgilius semper alias produxit *Vālē*; at in illo Eclogæ 3. versu 79. *le-vale*, vel est pes *Dactilus*, vel *Spondæus*. Si *Dactilus*, *vālē* habet ultimam breuem, & non deglutitur à vocali sequente: & forte ideo breuiatur, quia synalœpha prætermittitur. Si *Spondæus*, tunc synalœpha locum habet, & *Vale* habet primam indifferentem. Reponam binas utriusque versus dimensiones.


et lon—gum for—mōsē vā—lē vālē—inquit
i—olā.

et lon—gum for—mōsē vā—lē vāl—inquit
i—olā.

Sed libentius stare à priori.

De finitis in H.

NVLLA apud Latinos voces desinunt in F, G. Sed in H, vlla præter interiectiones *Prob*, *Vab*, quæ longæ sunt. At multæ apud Chaldæos, & Hebræos. Sed qualem quantitatem retinet? *Ioseph* à Iuuenico produciunt. *Iosephi* vrgeus monitis *Mariam*, puerumque.



De finitis in I.

OMnia dicuntur longa, exceptis *Mibi, Tibi, Sibi, Vbi*; quæ ultimam habent indifferentem. *Cui*, cum est monosyllabum, habet priorem breuem, posteriorem ancipitem. *Sicuti* vulgò dicitur habere ultimam longam, at Verepæus putat eandem indifferentem esse, propter Lucretium, qui ait, *Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus*.

Græca siue sint in Dativio, siue in Vocatiuo, breuia sunt: vt *Palladi, Minoidi, Titani: Pari* &c.

Ouidius. *Bella gerent alii, tu Pari semper ama*.
Ausonius *Cyprî* Vocatiuum à *Cypris* produxit: forte & aliorum nominum produxisset vocatiuos, eadem libertate, si indiguisset.

De finitis in L.

Corripiuntur vt *Mel*. Producentur *Sol*, itemque *Nil* contractum ex *Nihil*: & merito, nam *Sol* vocatur quasi *Solus*, & ideo habet *o*, longum: & *Nil* quasi *Nihil*, & quia duæ syllabæ in vnam coeunt, illam produciunt. De nomine *Sal* maior est difficultas. Antonius Nebricensis correctus à Patribus Iesuitis Hispanis tantum producit: Aldus consonat: Philippus Melanchton tantum corripit: Ioachimus Camerarius assentitur. Productionis exempla multa sunt: cum ergo Terentius Eunuch. act. 1. scen. 2. corripuerit, dicendum hanc vocem indifferentem esse.

Peregrina in EL, ferè produci docet Melanchton, Camerarius, Heluicus, Bachmannus. Noto illud ferè, & eadem indifferentia pronuncio, die enim Palmarum apud Ecclesiarum fores Cantores modulantur.

*Israëles tu Rex, Dāuidis & inelyta proles,
Nomine qui Domini Rex benedixte venis.*

De finitis in M.

Litera M, si non eliditur, est breuis, vt *Circum- agō*;

Iuuenalis. *Circumagi quemdam volo non tibi notum*. Vbi obserua *Quamobrem*, si sit vnica dictio, esse [*o-v*] si dissoluatur in duas esse [*o-v*]. Sic ratio dicat, sed exempla desidero.

Hinc patet liberum esse Poetæ, eiusmodi dictiones consolidare vel diuidere: quod demonstrare potero hoc Sapphico.

*Circumit montem pelagus: quamobrēm
In illam circum it Galathæa: quam obrēm
Hanc maris Nympha liquida sequuntur
Aequore toto.*

Dicitur *Circumirē, Circuirē, & Circumirē*. vel per ternas, vel per binas syllabas.

De finitis in N.

Particula *An*, vulgò corripitur: at illam Ausonius produxit.

Aemula num fidei mior an infida Senatus.

Virgilius in Eclogis, & Georgius saepe vitur ista particula, semper tamen positione producit, ne

inde eius naturam cognoscamus.

Interrogatiuum *ne*, per apocopen manet & variat. Considerari possunt hæc exempla, Virgilius. *Educit: vident' vt geminae stant verticibus cristæ?*

Ouidius. *Nostrin' an exciderint mecum loca?*

Horatius. *Illuc, vnde abij redeo, nemon' vt aruere*

Virgilius. *Tun' ille aeneas? &c.*

In Horatii versu legunt aliqui *vnde abis*: sed iuxta istam lectionem vitatur synalœpha in pede *vndē ab*, qui si synalœpham admittat, non erit Dactylus, sed Spondæus, *vnd' ab*, & tunc *abid* habebit primam longam, quod intolerabile esset, ergo legendum *vnde abij*. Si loco *Nemon'* & *Tu* legas *Nemo-ne, Tu-ne*, non solues, sed tolles questionem; & auferes, ne ab alio possit illa solui.

De finitis in O.

Nominatiui nominum & verborum perina, quæ desinunt in O, communes sunt vt *Sermō, Léo, Virgō, Virgō; amō, Docēō, Lēgō, Audiō*. Aduerbia quæ ducuntur à Datiuis & Ablatiuis, item ipsi Datiui & Ablatiui produciuntur. Eius generis sunt *Domino, Templo, Iccitadeo, idēo, Quanto, Tanto, Merito, Multo, FalsCrebro, Mutuo, Paulo*. Aduerbia quæ ab his casibus non exoriuntur, communia sunt, vt *Quammodo, Quomodo*.

Vocula *Sero*, posset à nomine *Serum* deduci & produci; at videtur indifferens quoniam illam corripuit Statius 1. Theb. *Serō memor thalami*. &c. Item Iuuenalis: sed eandem produxit Tibullus lib. 1. Eleg. 1. *Hen serō reuocatur amor*. Aduerbia *Verō* semper à Virgilio produciuntur: coniunctim videtur indifferens Heluico, & Bachmanno: at enim Prudentius in carmine. *At verō postquam lectuli*. Iamb. Dimetr.

Ergo pro igitur ultimam habet communem pro causā longam.

Vocem *Omnino*, etiam probatur esse indifferens: utpote, quæ à Virgilio produciuntur, & à Prospero corripitur. Doctissima testimonia.

Virgilius. *Non equidem omnino capta aut deserta viderer.*

Prosper. *Heretici sensus, nullumque omnino lectum.*

Modo apud Victorinum longum legitur: apud Horatium breue.

Imo à Martiale corripitur.

Cito ab Horatio corripitur.

Quomodo à Martiale, & Horatio corripitur: à Catulo produciuntur. Poterit igitur esse simplex dictio, & tunc erit *Quomodo*; poterit esse duplicata & tunc erit *Quomodo*.

Dimmodo & *Postmodo* corripiuntur à Tibullulo; poterunt dissolui in duas dictiones, & tunc iterum si *modo* sit aduerbium, erit vltima indifferens: si nomen, longa.

Illico corripitur ab Ausonio & Sydonio.

Cedo corripitur à Iuuenale.

PERSONAS verborum in O, diximus accipites esse. Nonnulli putant *Do, Sto, No, Flo,* &c.

tum produci. dixit enim Virgilius *Dō quod vis*: & Horatius: & Horatius, *Iam iam efficaci dō manus scientie*. Sed non adquiescit Philippus Melanchthon, non Ioachimus Camerarij, non alij eruditissimi. Henricus Stephanus *Dō* corripuit: dixit enim,

Sed numerus horum que dō, que breui dabo. jamb. *Scio & Nescio* communia sunt Taubmanno, Mellisso, Heluico, Bachmano, Melanchthoni, Camerario, & alijs: licet enim corripri soleat à Virgilio, producuntur ab alijs.

Gerundia in *Do* à Virgilio fere producuntur: sed ab alijs breuiantur. Indifferentia illa iudicat Verepæus, Melanchthon, Camerarius, & cæteri.

Tibulus. *Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem.*

DIXIMVS Nominatiuos in O. indifferentes esse, excipienda sunt Græca, quæ in ω desinunt: nihilominus

Ego, Græcè εγω corripitur à Virgilio frequentissimè.

Eclog. 2. 26. *Cum placidum ventis stare mare: non ego Daphnū.*

Eclog. 2. 51. *Ipse ego cana legam tenera lanugine mala &c.*

Lego in Diris: *Ausus ego primus*. Sed has non esse Virgilij dices, sed Valerij Catonis. Et quid inde? Etiam Valerius Cato disertissimus fuit, quem sequi turissimè possis. Producitur etiam à Terentio in hoc Octonario Iambico,

Ego Chorine neutiquam officium esse liberi puto.

Et ab Aufonio. Et quidem duæ occurrunt rationes ob quas produci queat, nam & desinit in O. & deriuatur à Græco εγω. Vide Scaligerum de C. LL. cap. 26.

Duo à Virgilio corripitur, & ab Aufonio producitur.

Ambo apud Virgilium non solum breue est; quod volunt Heluicus, & Bachmannus; sed etiam longum.

Eclog. 3. 34. *Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos.*

Eclog. 7. 4. *Ambō florentes atatibus, Arcades ambo.*

Osio apud Martialem breue est.

De finitis in P.

Pro Acrosticis necessariae sunt dictiones, quæ in singulas literas desinant, & in P. sola, quæ sciam, desinit *Volup*. Est autem *Volup*, per apocopen idem quod *Volupe*. quod est Delectabile, gratum, iucundum. Plautus in Amph. *Nam, quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe est mihi*. Et exciso E, in Casina idem Plautus: *Facite animo vestro volup.* & in Asinaria, *Hic senex siquid clam uxorem animo fecit volup*. Sed quanta est P. in fine? Cum rara sint exempla, dicatur indifferentes, quamdiu non probetur contrarium.

De finitis in R.

Non habet Lingua Latina voces desinantes in Q. at habet multas in R: plerasq; bre-

ues, paucas longas.

Cōr indifferentes est: etiam *Vir*. Omnes veteres producunt *Par*: at illud corripit Prudentius: *Dispār* Horatius: *Par* & eius cōposita Aufonius. Ergo saltem in Metametricis *Par* & eius composita esse indifferentia dicantur. Idem de *Iber* dixero: quod tamen vulgò produci soleat, corripitur à Dusâ, quia Martialis corripuit *Celtiber*, qui est quasi *Celta-iber*.

Cōr. Ouidius. *Cōfiteor misero molle cōr esse mihi.*

Cōr. Ouidius. *Mille meum levibus cōr est penetrabile telis.*

Vir. Virgilius. *Hic vir, hic est.* &c.

Vir. Virgilius. *Degrege nunc tibi vir; & de grege natus habendus.*

Pater & Mater, à Græcis πατήρ & μήτηρ. Videntur debere habere vltimam longam, vt æther, crater, aër: at breuem habent.

Virgilius. *Est mihi namque domi pater & iniusta noverca.*

Idem. *Nec Linus huic mater quamvis, atq; huic pater adsit.*

Idem. *Viribus insignem, quem mater Aricia mist.*

Heluicus & Bachmannus disparitatem non inveniunt, & ideò inquirunt [Meritò autem quispiam miretur, cur idem non valeat etiam in *Aër*.] At ego puto his non obstantibus *Pater* habere vltimam indifferentem. Sic inquam,

Est mihi, crede, pater absens, & iniqua noverca. Si condemner, rescribo iterum sic:

Est mihi, crede, πατήρ absens, & iniqua noverca. & nemo accusabit hoc carmen. Quis ergo vetet scribere caractere Latino πατήρ, sicut scribimus, cum volumus, Μεσιον' γραμματικῆς &c.

Hector à Virgilio corripitur: ab alijs producitur. Videntur isti respexisse literam ω, nam Græcè ἠκτωρ dicitur: ille autem habuisse ratione accentus, aut etiam aliorum Latinorum nominum similitum: nam *Rektor*, *Señtor*, &c. habent vltimam breuem.

De finitis in AS.

Vltimam indifferentem habet *Anās*: breuem *Vās*; longam cætera. Græca nomina, quæ in *ās*, *ādōs*, habent vltimam breuem: quæ in *ās*, *āntōs* longam. Hinc *Pallās* habet vltimam indifferentem: nam, si sit nomen Deæ Palladis, habet breuem; longam, si Herōis Pallantis. Ad do exempla:

Anās Petronius. *Et pistis anās enovata pennis.*

Anās Mantuanus. *Culmina calicolæ: sed anās & mergus, & anser.*

Pallās Martialis. *Quem Bromius, quem Pallas amat.*

Pallās Virgilius. *Ille quidem hoc sperans, nam Pallas ante ruentem.*

De finitis in ES.

Docent nos Grammatici *Pes*, & eius composita habere vltimam longam: at corripitur *Pēs* à Scaligero in Logographis: item à Probo Grammatico, aliisque.

Perpēs à Prospero corripitur.

Prapēs à Prudentio corripitur.

Bipēs ab Aufonio corripitur

Tripēs ab eodem corripitur: ab Horatio produ-
citur.

Quadrupēs à Virgilio producitur.

Abiēs à Virgilio producitur.) Sed ideo produ-

Ariēs à Virg. & Lucano prod.) cūtur, quia tres bre-

Pariēs à Virg. & Horatio prod.) ues non ingredien-

Cerēs à Virgilio, & Lucretio producitur.

Virgilius. Georg. 1. 96. *Flaua Ceres alto nequid-
quam spectat Olympo.*

De personâ *Es* iam est dictum: est indiffe-
rens. Corripitur à Martiale, & à Mantuano pro-
ducitur.

De finitis in IS.

Indifferentia sunt *Possis* (cur non & *Sis* & cœ-
tera composita à *Simi*?) *Nescis* (cur non etiam
Scis & cœtera composita à *Scio*?)

Possis. Iuuenalis. *Tam ieiuna fames, cum possis ho-
nestius uti.*

Possis. Horatius. *Possis & magnam morbi depo-
nere partem.*

Possis. Ouidius. — *Et timido possis ignoscere fra-
tri.*

Nescis. Ouidius. *Nescis an excedant etiam loca.*

Nescis. Martialis. *Hanc personam producit.*

Præteriti aut Futuri subiunctiui secunda persona
anceps est.

ris. Horatius. *Dixeris egregie.*

ris. Et iterum. *Si te aliò prauum detorseris.*

ris. Iuuenalis. — *Si dixeris, æstuo, sudat.*

ris. Horatius. *Miscueris elixa simul.*

ris. Ouidius. *Da mihi te placidum, dederis in
carmina vires.*

ris. Tibullus. *Respueris etiam. &c.*

Qui docent *amāuē rīmūs*, & *amāuē rītūs* esse præ-
teriti; & *amāuērītūs* futuri; possent consequenter
distinguerē *amāuē rīs* ab *amāuērīs*: & illud adtere-
re præterito, illud futu. o.

Velis etiam à volo, habet primam breuem,
& secundam communem: Lego enim in diuer-
sis Autoribus eiusdem syllabæ commensuratione-
nes diuersas.

Vēlis Sabinus. *Vtque redire velis, aut
me comitetur eunte.*

Vēlis Virgilius æn. *Seu dext. à levāq; ve-
lis occurrere pugne.*

Vēlis Auienus Fab. 23. & *Sine decus busti, seu
Beroaldus in Pæane velis esse Deus.*

Vēlis Et iidem ibidem. *Vt velis, utq; queas ve-
bus succurrere la-
psis.*

Vēlis Lucretius. *Et velis ardoris naturā
relinquere solam.*

Ergo frequentius & securius corripitur.

De finitis in Ys.

Gracæ sunt omnia & corripuntur: at *Thety*
indifferens est; corripitur enim ab Ouidio,
& à Virgilio producitur.

De finitis in OS.

Indifferens est *os*: si enim sit *Os*, *ossis* est breue
si sit *Os*, *oris* longum.

os. Anonymus. *Deorat os oris quidquid lucratur
os ossis.*

ōs. Ouidius. *Os homini sublime dedit. Met. 1.*

Hic adnotare oportet primo, omnes dicere
ossis, esse breue: & tamen hoc ipsum non proba-
re. Illud Carmen Anonymi. quod ab æmetio
ponitur, auctoritatem sufficientem non habet,
vt possit demonstrari quod quæritur. P. Ioannes
Baptista Ricciolius diligentissimus est author,
tamen hanc syllabam esse breuem dicit, sed non
probat.

Oportet adnotare secundò esse aliqua Labi-
na nomina, quorum nominatiuus exit in *or* vel
ōs; & genitiuus in *oris*. vt

Arbor vel *Arbos*, *arboris*.

Color vel *Colos*, *coloris*.

Honor vel *Honos*, *honoris*.

quæ mutata terminatione habent vltimam lon-
gam aut breuem: & vbi altera forma non cap-
tur, altera locum habet, si dixisset Lucretius,

Flammeus est plerumque color, & splendidus ollis
haberes, quod merito argueres; nam *color* vlti-
mam correptam habet. Sed quò ingredi *colōs*
non potuit, *colōs* potuit: & ideò dixit,

Flammeus est plerumque colos, & splendidus ollis.

Reperitur *Exōs*, qui caret ossibus. [Lucretius
exōs & exsanguis tumidos.] Cur non & *Exōs*, qui
caret ore, in verâ aut metaphoricâ significatione,
vt *Efrons*, qui fronte caret; *Amens*, qui mentem

De finitis in VS.

Nomina secundæ declinationis desinentia in
VS, sunt breuia, vt *Dominus*. In tertia de-
clinatione illud VS est breue, si excipias mono-
syllaba, vt *Crus*, *Grus*, *Mus*, *Ius*, *Plus*, *Rus*, *Sus*, *Thus*
&c. & quæ crescunt in obliquis penultima lon-
gâ, vt *senectus*, *senectūis*. Nomina quartæ decli-
nationis vltimam habent communem: nam in
nom. & voc. singularis desinunt in breuem,
genitiuo singularis, & in pluralis nominatiuo ac-
cusatiuo, & vocatiuo, desinunt in longam.

P. l'is est indifferēs, ab alijs enim corripitur,
& ab alijs producitur.

Pālūs. Horatius. *Regis opus sterilisque diu pālūs,
aptaque remis.*

Pālūs Virgilius. *Cocyti tardaque pālūs immubili
vnda.* Georg. 4. 479.

Lego in Heluico & Bachmanno [*Virtūs* à Ber-
nhardo corripitur, *Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, vir-
tus, honestas.* quod non est imitandum.] ergo opi-
nionem Bernhardi *Virtūs* vltimam habet commu-
nem. Sed quis iste Bernhardus? & vbi hoc car-
men ille habet? Nam si est Melleus Abbas Cla-
reuallensis (quod non puto) cur non Cisterciens-
es sequeremur eius auctoritatem?

Tellus corripitur à Martiano Capella, quem
tamen Iuniores reprehendunt.

Senectus à Cornelio Gallo corripitur. Et, *quis
boni xvi Scriptorem carpat?* ait Bricciola: fortè hu-
jus

ius carminis author Maximianus & non Cornelius fuit.

☞ CXXXII.

De penultimis syllabis.



Ultæ sunt indifferentes, quarum indeterminata quantitas, non tam à regulis, quam ab autoritate dependet; & ideo nonnullas voces ordine abecedario ponam, quæ syllabas habent ancipites. Postquam igitur agimus de ultimis syllabis, de penultimis nonnihil dicamus.

VLEVS.

EX fininis in *vleus*, habemus *R̄m̄m̄l̄us* *C̄er̄ūl̄us*. &c. Sed quales syllabas habet *Aculeus*. Analogia dat secundam breuem. Martialis lib. 8. Epigr. 71. habet hoc carmen.

Nonus aculeolus in cochleare tulit.

illo vititur Henricus Smetius in Profodiâ; istis in Mantisâ.

Iam dudum ille metu pectus pungit aculeus. Iamb. Eadem in vsu, atque ubi periculum facias aculeata sunt.

Ergo *Aculeus* habet secundam indifferentem. Contradicit Gruterus, qui Martialis carmen laborare contendit, illudque ita restituit,

Nonus aculeus vix cochleare tulit.

Grutero applaudunt Heluicus, & Bachmannus in Poeticâ, sed communis lectio & opinio priorem lectionem retinet, & syllabam illam producit.

ICIVS.

FINITA in *icius*, varia sunt. dixerat Martialis.

Dum tibi felices indulgent Castrice Baia.

& tamen Petrarcha dixit *Castricus* secundâ producta: testis est Despauterius, & ex eo Heluicus & Bachmannus. Ergo illud *tri* est indifferens.

Nomen etiam *Numitium* habere secundam communem, manifestant hæc carmina.

Ovidius. *In freta flumineis vicina Numitius undis.*

Horatius. *Brudusium Numitii melius via ducat, an Appi.*

ARIVS!

ILLUD *o*, vt plurimum est *o*, & longum. At in voce *Apollonius*, à Martiale corripitur, & ab aliis producitur: in *Petronius* à Dratio corripitur, & à Sidonio producitur: in *Sidonius* Virgilius corripuit & produxit: in *Ionius* Virgilius corripuit, produxeruntque Ovidius & Horatius.

ARIVS.

VOX *Denarius*, cum significat nummum primam habet longam.

Martialis. *Vnus sepe tibi tota denarius arca*

Idem. *Denaris tribus inuitas & mane togatum.*

Clajus quantitatem ex significatione distinguit: ergo, cum numerum *denarium* significat iuxta hunc authorem, habet A breue.

in voce *Duodenarius* eandem A, corripuit Arator, cum dixit,

Quam duodenarius circumtulit ordo figuram.

Veteres produxerunt. An eius tanta sit auctoritas, vt debeat cum antiquis componi? tu videris. Interim, si illum ex necessitate sequaris, nihil temere egeris.

Apud eundem Clajum *Nefarius* habet communem A. Gieseni Professores in sua Poeticâ contradicunt, eumque fuisse deceptum putant falsa lectione apud Propertium lib. 4. Eleg. 4. iubentque videri Scaligerum in eundem. & in *Disticha Catonis*. Vtor ego Propertio iupresso Hanovix anno 1608. & in ipso reperio istud Distichum:

Dixit & incerto permisit brachia somno

Nescia n̄ fariis accubuisse novis.

Lego in Horatio,

Aut humana palam coquit exta nefarius Atreus.

& quia cum Scaligero diuinare non volo, communem textum, ab omnibus receptum retineo, & aio vocem *Nefarius* quatuor habere syllabas, priores duas ancipites, posteriores breues.

VSIVS.

PRIMUM V, seu Græcum, seu Latinum, est longum. *Syracusius*, habet idem V, diphthongum *ou*: dicunt enim Græci *Συρακυσίος*.

Vigilius abstulit *o*, & dixit *Syracosios* *Συρακοσιος*.

Thema, Anathema.

POETICA Giesiana pag. 52. hæc habet. [Compositum *Anathema* pro diuersâ significatione vel corripitur, vel producitur: quia scribitur *ἀνάθεμα*, & *ἀνάθημα*. Pro excommunicatione corripitur, & pro denario sacro bis producitur apud Prudentium, & in sacro carmine legitur,

Hinc damnatores anathemata tristia cudent.

Quin & Arator *Thema* simplex produxit, sicut & Author argumentorum in Statium, respexerunt enim ad Græcam originem *τῆθεμα*.]

ICVLVS.

AMICULUS, vel ab *amicus* venit, vel ab *amicus*. si primum, habet *mi* longum: si secundum, breue. Considera verius sequentes.

Horat. *Disce docendus adhuc quæ cesset amiculum, & si*

Virgil. *Et tunice manicas & habent redimicula mitra.*

Persius. *Et piper & quidquid chartis amicitur ineptis*

In primo *amiculus* ab *amicus* deducitur, & habet *mi* longum: in secundo, quia *diminuitur* habet duas priores breues, etiam *diminuitur* illarum quantitate retinet: ergo si in tertio *amiculus* habet duas priores breues, illas retinebit *amiculus*.

ABRVM, VCRVM.

Quæ breuia sunt, etiam cōmunia sunt, possunt enim positione produci. Regula generalis eiusmodi penultimas producit: at illam *labrum*, *brathrum*, *lucrum*, non sequuntur.

Clajus & alij *Candelabrum* a labro deducunt, iubentque penultimam habere communem. Martialis eam produxit:

De candelabro magna lucerna tibi.

non succurrit Poëta antiquus, qui illam corripuerit: & tamen non idcirco cedit Clajus, qui ethymo insistit, & a veteribus, si occurrisset occasio, potuisse dici;

Dentque tibi rutilas candelabra magna lucernas,

VTRVM.

Vter, *utra*, *utrum*, primam habet breuem: & sequentibus *er* indifferentem.

Rutrum in aliquo Poëta non reperio; sed quia dixit Lucilius,

Frumentarius est, modium hic secum atq; rutellum. sequitur *rutrum* (eius diminutivum est *rutellum*) habere primam indifferentem.

EBRVM. ETRVM. ICRVM.

Quæ ita desinunt, penultimam habent communem, ut *cerebrum*, *retrum*, *ludicrum*, Pono exempla.

Virgil. *Neque enim leuia aut ludicra petuntur Præmia.* &c.

Horat. *Nunc itaque versus & cætera ludicra pone.*

ALIVM.

Antepenultimam A, habent communem *Coralium* & *Sandalium*: imò & *Coralium* etiam primam.

Claudianus. *Mergit se subito, vellitque corallia Clotho.*

Ovidius. *Sic & corallium, quam primum contigit auras.*

Virgilius. *Argentata tuos etiam sandalia ralos.*

Terent. *Vtinam tibi committigasi videam sandalio caput.* Est lamb. octon.

Ovid. 4. Met. *Nunc quoque coralibus eadem natura remansit,*

INIVM.

Antepenultimam communem habent *Triclinium* & *Lavinium* & analogia postulare ad alia etiam nomina istam libertatem extendi; vsus non fauet,

Virgil. *Italiam fato profugus Laviniaque venit*

Listora: multum illi &c.

Virg. *Nec prolem Ansoniam & Lavinia refert arva.*

Ouid. *Et populus Laurens. Laviniumque meum.*

Mart. *Triclinia umbrosis frigida arundinibus,*

Virg. *Nunc iam luxuria pars est triclinia templa*

A R.

Nomina minus communia, habent syllabas magis communes; dum enim de eorum quantitate differitur, unusquisque illas ponit libet. Et quia *Torcular* raro in carmen venerat, quo debeat modo mensurari nescimus. Fortunatus sic ait,

Calcaturus erat, qui torculari a solus.

at huic lectioni antiqua MSS. non fauent: multum enim Viri docti contendunt Fortunati verum esse hunc,

Calcaturus erat, qui solus torcular altum.

Vide Taubmannum in dissert. de LL. & Taubmannum in Manuactione ad LL,

E R.

Fere omnia brevia sunt, & in obliquis indifferentia ob positionem superuenientem. Exempla sunt *Coluber*, *colubri*: *Volucres*, *volucris*: *alacris*.

Producimus secundum in *saluber* (videtur enim esse *salutifer*) & hoc iam omnes: at Cinnius qui vixit ante Christum & contemui non debet dixit *saluber*.

Hostica quod salubrem cusps haberet opem.

Ergo stando authoritati, etiam *saluber*, in rebus habet secundam breuem, & in obliquis indifferentem: at stando rationi & ethymo longam tantum, quoniam a *salus salutis* deducitur.

V L V S.

A cuculo differt cucullus. Hic est genus vestis, ille auis. Hos versus produco,

Iuvenal. *Contentusque illic veneto duroque cucullo*

Philo. *Et cuculi cuculant, fritimmit rauca cicada.*

Horat. *Cessisset magna compellans voce cucullum*

Plant. *Quid fles cucule? vires. Quid ego ni fleas*

Taubm. *Nunc cereris costam bibo, quod VVite*

ga cuculum.

Nominat: &c.

Alciat. *Ruriculas agreste genus plerumque cucullus*

Martial. *Quamvis per multos cucullus cantauerit*

nos.

Puto *cuculum* per simplex L, interdum sumi etiam pro veste; vnde dicimus *Monachorum cuculas* tunc secunda est longa: at in auis nomine vix obtinuit, ut sit breuis; non memini me audire aliquem, qui illam produceret: illam corripuit Philo, illam Martialis, illam in *Philomela* Ovidius aut quisquis alius carminis author est. Scio etiam qui mordicis longam esse contendunt: nata, ut constat ex citatis carminibus illam produxit Plantus *Pseudul. A. & scen. 1. vers. 94.* quem sequuntur Taubmannus Horatius, Alciatus, & nuper Fridericus Taubmannus.

mannus *Melodisæ lib. 1.* addunt versum illū Martiali adscriptum, nusquam esse. Si tamen eius sit, legendum esse cum syncopā; nam sicut *periculum*, & *poelum*, &c. dicimus pro *periculum*, & *poculum*, sic etiam *cuculum* possemus pro *cuculum*: & ideo versum illum, cuiuscumque sit, sic restituant,

Quamvis per multos cūclus cantauerit annos.

& Philomelam esse Ouidij non putant; & ideo illius carminis authoritatem non admittunt.

Ergo dum nihil certo definitur à Magistris Poëtices, Metametricus omnia cōponat, & hanc eandem syllabam esse ancipitem asserat,

NIMIS multa de Cuculo: transeamus ad voces *Apulus* & *Apulia*. Habent duas priores communes: quod demonstrant hi versus.

Lucan. *Apulus Hadriaticas exit Garganus in undas.*

Horat. *Altricis extra limen Apulia.*

Idem. *Incipit ex illo montes Apulia aotos.*

Primam dant longam versus primus & tertius; breuem secundus. Secundam breuem primus, longam tertius. Secundus secundæ quantitatem non exprimit: quoniam, si penultimus pes est anapestus, illa est longa: &, si tribrachys, breuis.

I M V S.

Apud Catullum habemus hunc Phaleucum, *Qualecumque sit ò patrīmā virgo.* inde Grammatici iuniores voces *Patrimūs* & *Mātrimūs* produciunt. Angelus Politianus politæ eruditionis vir, easdem corripuit, quod *Patrimonium*, & *Matrimonia*, inde deriuata, habent illud I, breue. Bucelinus in suâ officinâ paginâ 171. has duas voces, sicut *Plenilunum*, *Parricidium* &c. ad hanc quantitatem —u—u—u— reducit. authoritates raræ & dubiæ sunt, nam ex illo Plauti

Vt eam | perpeti | ar i | re in ma | trimo | nium.

quod in Mantissâ adducit Smetius, non colligitur illius syllabæ quantitas, cum quintus iambici pes soleat esse spondeus.

A N V S.

Apud Latinos longa sunt, vt *Christiānus*, *Valeriānus*, *Iustiniānus*, &c. Eadem hæc Græci nomina sua fecerunt, & corripuerunt, vt *Χριστιανος*, —uuu. *Σεβαστιανος*, u—uuu. *Οὐρασιανος*, —uuu. *Τριβωσιανος*, u—uuu. &c. quos Latini veteres sunt imitati. Giesenæ Academæ Professores hæc exempla proponunt,

Vnanimi Calphurniāno sociata marito.

Nomina Iuliani menses excedere septem.

Adriano potuit, qui iudice, vasta profundi.

Et cur quæso iuniori non licebit quod veteri: maxime cum Metametrica necessitatem inuoluat, qua caruit Metrica?

A V V S.

Semper aut fere corripimus *Batavum* dum loquimur: at poterimus in metro producere.

Silus. *Iam puer auricomus performidate Batavō.*
Lucan. *Vāngiōnēs, Batavique trūces.* &c.

I N V S.

Multa sunt longa, multa brevia: at de *Diutinus* & *Serotinus* disputatur. PRIMVM Prudentius corripitur in hoc iambico.

Postquam vapor diutinus.

alii non putant obtinere Prudentium & ideo *diutinus* dicunt: vide Scaligerum *cap. 98. de causis linguæ latinæ*. SECVNDVM corripuit Hilarius.

E T V S.

Vetus anceps est, illudque possumus ad hanc ideam *uuu*, aut ad hanc *u—u* reducere.

Horat. *Quis sudor vitis, & quam malus undique membris.*

Lucr. *Nec supra caput eiusdem cecidisse vitæam.*

I T V S.

Voces *Fortuitus*, *Pituita*. Penultimam habent communem. Hoc probant vetera carmina, nisi ad duriora & minus vsitata accurratur. Professores Giesenæ (*Heluicus*, & *Bachmannus*) volunt penultimam produci. & cum vrgentur veterum testimoniis, aiunt i lud V, quod præcedit I, esse contonans in illis versibus, & debere legi *Fortuitus*, & *Pituita*. Credite posteri: ego eorundem verba subiicio.

[*Fortuitus* vulgò cenetur anceps, tutior autem productio. Vide & *Taubmannum* in *Plat.* Sic & *Pituita* tertia semper longa. Nā quod apud *Persium* videtur corripitur in hoc versu.

Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

Secus est: est enim ibi trisyllabum *Pituita*; sicut & apud *Horatium*,

—nisi cum pituita molesta est.

Catullus autem in *Phaleuco* legitime vsurpauit, *Mucusque & mala pituita nasci.*

Fortuitus *Horatius* produxit, & *Buchananus*: *Manilius* corripuisse videtur hoc versu

Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris.

Verum & hic trisyllabum legi potest, *Fortuitos*. Et *Gratuitus*, quod *Statius* corripit, *Ianus Doussa* produci posse existimat in *Præcidan. Horat.*] Hæc *Giesenæ*. Ergo, si in vocibus *Fortuitus*, *Gratuitus*, *Pituita*, & similibus *ui* disyll. potest transire in *vi* monosyll. multum potest iuuare horum nominū copia. Interim nota illa verba. *Tutior productio*: infero: Ergo *tuta est correptio*: nam quando de altero extremo dicitur comparatiuum, de utroque positiuum debet verificari.

O T V S.

Sicut dicimus *tantum quantum*, sic etiam *totum quotum*. Ergo *Totus* duplicem significationem habet: vel enim significat vniuersum, omnem &c. & tunc habet longam penultimam, vel describatur à *tot*, & correspondet *quoto*, & tunc habet breuem.

Perfius. *Supplicet accedam, si totus & integer illic.*
Manil. *Detrahatur summæ tota pars quodam demit
utrimque.*

L E N T V S.

Fere antepenultimam corripiunt. *Somnolentum* corripit Ambrosius in hymno dicens, *Et somnolentos increpat,* & Mantuanus Eclog. 3. pro-
ducit.

CXX XIII.



Væ ex duabus integris vocibus componuntur, simplicium quantitatem conseruant: vt *verisimile*, habet enim easdem syllabas ac *veri simile* diuisum.

Ausonius. *Coniectat verisimilis suspectio culpas.*

Et iterum. *Concinat verisimilis suspectio culpas.*

Interim illud I. quod claudit priorem partem, frequentius breue est, Vnde *Verisimillimus* dat duos dactylos. Sic *Veridicus, Vaniloquus, Fatidicus, Astrifer, Cæliger.* & similia habent I, breue.

Hinc patet *crucifixum* eiusdem esse quantitatis ac *cruci fixum*. Interim Fortunatus (vixit anno Christi 570.) illud *ei* corripuit:

Qui crucifixus erat, Deus ecce per omnia regnat.

Secundam habet indifferentem *quotidie*.

Ouidius, & Tibullus secundam corripiunt in *Sacrilegus*: ergo idem facerent in *Sacrificus*.

Primam in *nequando* Verepæus longam esse vult: alij breuem. Hanc ego vocem in Poëtis non reperi, at *Nequaquam, Nequis, Nequidquam*, primam producant.

Horat. *Nequaquam satis in re vna consumere vitam.*

Propert. *Vtere; nequis eat liber amore dies.*

Virgil. *Nequid inexpertum frustra moritura relinquat.*

Idem. — *heu tantis nequidquam erepte periculis.*
primam igitur in voce *Nequando* securissime producemus.

In compositione *retro* & *intro* plerumq; producant illud *tro*: rarius corripiunt. *ubivis* & *ubicumque* habent *bi* anceps. De *Neuquam* disputant Grammatici, Gieslani putant tutius corripit: ergo tute produci.

Sacrofanctus à Drepano corripitur, ab alijs producitur: & Clajus vult illud *cro* esse commune. Idem dici de *Controversus* posset, qui breue legitur apud Martialem. *Geometra, Geometricus*, illud *o*, licet sit *o*, apud Ausonium & alios corripitur.

CXXXIV.

De primis, & medijs.



Equat Abecedarium ordinem; vbi non sit necessarium, probationes nõ addam; quæram, quod feci hucusq; syllabas indifferentes, suppono enim cæteras à Lectore cognosci: breui-

tati studebo, tam enim est incusandus scriptor, qui ab alijs negata non probat; quàm qui ab vniuersis concessa adfunit persuadenda, & probanda.

A

Habent primam cõmunem *Abel, Acis, Adria, Agrestis, Agrippa, Apluda, Aplus, Apulic, Apulia, Apulus, Asia, Asiacus, Atlas, Atrox.* Secundam *Amiculus, Aculeus,* & tertiam *Anathema.*

Vocem *anigmã*, vel quod Græcè fit *ἀνιγμα* quia habet accentum in primã, vel quia G & N, est muta & liquida, nõnulli authores corripuerunt. An primam habeat indifferentem, debis in E.

Aratus ἀράτας ille est qui Phænomena scriptis: eius nomen produxerunt veteres secundam quantitati mediã: Sidonius stat accentui & eam corripit,

Diversas aratõ vias cucurrit.

Priscianus corripit iubet *affatim*, quod Græco *ἀφάτας*, vt Accius ait in hoc Senati

Tum iecore opinio facta & satiata affatim.

sed Arator eandem mediam produxit.

Supperit affatim exemplorum copia, nosque.

Est ergo in carmine media indifferens: in probreuis, vt Quintilianus, Gellius, Valla, Taubmanus, & alij tradiderunt.

Adolescens secundam habet communẽ. Aratorius Muretus in *Heaut. a. 3. sc. 1. v. 65.* suspicatur veteres, cum vellet secundam producere, voluisse *Adulescens* à supino *adultum*: & *adolescenti* presenti *adolesco* secundam habere correptam.

In cõpositione A, vel est Græcum, vel Latinum. Si Græcum, est particula priuatiua, & significat *non*. vt *σάφης doctus; ἀσάφης, non Ethus.* & est breue: si Latinum significat *à*, vel *&* est longum. Interim Græci, sicut primam in *Italia* Virgilius, ante duas breues positi illud producant, quia carmen Heroicũ tres breues immediatas non tolerat. Archiã est hoc Pentametrum: *Οἱ δύο μὲν ἑντὼς οἱ δύο δ' ἀφ' ἄλλων* in quo quinque essent simul breues, nisi voluissent *ἀφ' ἄλλων*, quæ à particulã priuatiua, & *ἀφ' ἄλλων* componitur, prima produceretur.

B

Indifferentium cõsui adnumerari possunt, *Βιβύς Bébrycis, Bébrycius, Belial, Bithynus, Bithyrum.* In his omnibus y, est indifferens.

C

Cacus, *Cadusius, Cebrenida, Cebrenus, Cécropsus, Cécropsus, Cérimonia, Cichorea, Cirenus, Cocleus, Cyclops,* (y, indiff.) *Corycus,* (y, breu.) *Cydon* propr. y, long. & *Cydon* appell. y, indiff. *Cygnus.* (y, indiff.) *Chalcedon.*

D

Daphnẽ, *David, Diana, Doryclis,* (y, long.) *Drachma, Duplex, Duplicatus.* &c. Item *Dico, is.*

E

EDo, unde comedo: edo à do. edoniūs. *electrum, eous, oibruia, ebruscus*, Item Euripides, Ecclesiā, ethica.

Dicunt Græci *αινιγμα* Latini *enigma*; & tamen Prudentius ausus tuit primam corripere, dicens.

Legis in effigie scriptum per enigmata Christum.

F

Fabri, Fabrilis, Fabrico, Fabricor, Fabrica, &c. Febris, Febriculosus, Fibra, Flabellum, Flagro, Flagram, Focale, Fortuitus. In hac ultima voce aliqui penultimum corripiunt.

G

Gabriel, Galileus, Gebenna, Gerasenus, Glabris, Golgotha, Gradivus. Item Grativus, Genivix, Conditrix, &c. Geryon. habet y indiff.

H

Primam habet communem *Hebraus*. ὕδωρ apud Homerum primam habet communem: hinc & *Hydrops*, quin recurratur ad mutam & liquidam, primam habet indifferentem. *Hinnulus*, quia Propertius habet *Hinnulus*, & Horatius *Hinnulio*. *Hymen*. *Hymeneus*. habent y indiff. Veteres dicebant in genituo *Hectoris* & *Nestoris*, hodie imitamur Græcos, & secundam corripimus.

I

Iacob. *ichneumon Ionida, ionicus, ioniacus, Ionides, Iordanis*, Item *idolum, Imbecillus*.

L

Labrum, lachryma, Solemus dicere *Ladanum*, & *Ladanum* poterimus, quia Ionicè dicitur *λαδανον Latro* nomen & verb. *Lavinium, Libanus, Liquefco, liquidus, liquefacio, liquor, liquo*, &c. *Lucanus, Lucrum, Lucror*. Item. *Lego, as. Lego, is. Lex, legis*.

M

Malobathrum. Macilentus. *Meytrix, Matrimus, Metrum, metricus. Migro, Mitra*.

N

Rimam in *Negligo*, & eius deriuatis *Alcimus*, & *Victor* corripiunt, *Martialis* & *Catullus* producent. *Ninive*. *Nitrum* corripitur à sereno. *Nolanus* à Prudentio: ergo & *Nola* vrbs. *Nisarius*. *Nequandò, nequam, Nestoris*, [*Neutraque* in Nominat. Vide finita in A.]

O

NOs scribimus *obex*: & *Virgilius* creditur expressisse *obiex*, quem aliqui Iuniores imitantur. Illud igitur o, *Virgilius* producit, *Sil. lib. 4.* corripit. Vide *Angel. lib. 4. cap. 17.*

Adde *ocrea, obstetrix*. &c. In voce *omittò* primum O, *Horatius* corripit, & omnes Iuniores cum ipso: illud tamen bis produxit *Mantuanus*.

De voce *Orion, Orionis* multa possem scribe-

re, fuit enim summa Authorum libertas & audacia in eius vsu. Considera versus sequentes.

Virg. *Cum subito assurgens fluctu nimbofus orion*

Claud. *Debilis orionis dextra minuitur inermem.*

Virg. *Armatumque auro circumspicit Oriona.*

Ouid. — *nitidumque Orionis ensem.* Finis Hex.

Primam breuem dat primus: eandem longam ceteri. Secundam breuem dat secundus, longam ceteri. Incrementum esse breue suadent secundus, quartusque: longum tertius. In obliquis omnes tres syllabas priores esse longas, etiam tertius. Ergo huius nominis mensura est hæc, *orion, orioni*. Puto ultimam recti esse longam, quia Græcè est *ὄρειων*, at tunc incrementum longum esse deberet, ergo incrementi correctio innuit recti ultimam corripi posse. Nil definitio: tu considera. *Catullus* per epenthesein dixit *orion*.

P

Palatum, Palatinus. [*Professores Giesiani* in sua Poëtica ponunt etiam *Palatum*, & *Patricidium*, an bene?] *Parricida, Patricida, Patro, Pater, patris. Patrocinium, patronus. Pelion, Penus, penuria; Peplum: Petra, Petrus, petrificus. Pharisæus. Phase. Philosophus. Phrenesis. Phreneticus. Physicus. Pilatus. Poples, Proprius. Proserpina. Pueris.*

παράκλητος cum transit in linguam Latinam, vel seruat accentum, & tunc habet breuem penultimam. [*Prudentius, Spirat de patrio corde paracletum.*] vel habetur ratio literæ n, & tunc negligitur accentus: vnde in Hymno concinimus, *Qui Paracletus diceris*. Ergo hæc vox sic debet mensurari *Paracletus*. Eandem ob causam ex voce Græcā *παίδρωμος*, quia Latinus accentum & quantitatem non potest componere, dixit *phædrōmus*: hoc est *phædrōmus*, vel *phædrōmus*. Et ob eadem causam (addo quod mireris) *Philippus*. Græcus habet *φίλιππος*, & *Plautus* conseruauit accentum, & non obstante positione, semper dixit *Philippus*. Vide Poëticam Giesianam pag. 90.

Petronius Dratius voluit habere O, breue, *fidonius longum*: ergo est *Petrōnius*.

Prestolor. Huic voci concedo mediam indifferentem, aut si velis ambiguam, quia non conueniunt Authores. Vide *Taubmannum*, *Becmanum*, *Heluicum*, & *Bachmannum*.

Pastinum breue esse dicunt: at qui produceret, cuius Poëta veteris testimonio vrgeretur? vt putant eruditi, nullo.

P R O.

Mltos in errorem inducit præpositio *Pro*, est enim variæ quætitatis, & apud Authores sæpe inconstans. *Giesiani Professores* in sua Poëtica lib. 1. c. 3. pag. 30. sic (& quidem erudite) discurrunt.

Omnium incertissima est *Pro*: licet in plurimis sit longa, non pauca tamen reperiuntur in quibus tamen breuis est: qualia sunt *Profugus, Procella, Profano, Profanus, Proficiscor Profecio, Profundus, Proteruus, Pronepos, Proneptis, Profestus, profari, Procello, is, & Procio*, idest *peto*, vnde *Procus & Procax*.

Quamuis verò nihil nisi ex autoritate poetarum & viro- rum fide dignorum positum à nobis sit, omne tamen dubium exemplis tollere manifestis, & sententiam nostram confirmare voluimus. Exempla igitur Breuium sunt ista :

<i>Profuga.</i>	Ouid.	<i>Et Scyticum profugam scindere puppe fretum.</i>
<i>Procella.</i>	Stat.	<i>Subite saliant in vela procellae.</i>
<i>Profano .as.</i>	Ouid.	<i>Scilicet omne sacrum mors importuna profanat.</i>
<i>Profanus.</i>	Idem.	<i>Mistaeq; erat flammæ flamma profana pia.</i>
<i>Proficiscor.</i>	Horat.	<i>Vt proficiscentem docui te sæpe diuque.</i>
<i>Profundus.</i>	Virgil.	<i>Contremuit nemus & syluæ intonare profundæ.</i>
<i>Profectò.</i>	Horat.	<i>Partes in bellum missi ducis ille profectò.</i>
<i>Proterua.</i>	Ouid.	<i>Damnaret nati facta proterua pater.</i>
<i>Ponepos.</i>	Idem.	<i>Est Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum.</i>
<i>Pronep̄tis.</i>	Perf.	<i>Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla proneptis.</i>
<i>Profectus.</i>	Horat.	<i>Campanam solitus trullam vapamque profectis.</i>
<i>Profatur.</i>	Virg.	<i>Tum breuiter Dido, vultum demissa profatur.</i>
<i>Procello.</i>	Lucret.	<i>Turbinis immanem vim promouet atque procellit.</i>

In sequentibus autem PRO est indifferens: Procreo, Procuro, Propino, Propago, as, Propello, Propulso, Procumbo, Professus, Profugio, Profundus.

	Lucret.	<i>Continet amplexu terram, quod procreat ex se.</i>
<i>Procreo.</i>	Tertull.	<i>Et sibi cum genere procreauit funera colo.</i>
	Sil.	<i>Stabulis procurans otia pastor.</i>
<i>Procurb.</i>	Tibull.	<i>Ipse procurauit, ne possent seua nocere.</i>
	Mart.	<i>Hac propinavit Bitia pulcherrima Dido.</i>
<i>Propino.</i>	Idem.	<i>Nemo propinabit Callidioreribi.</i>
	Lucret.	<i>Vt propagando possit producere secla.</i>
<i>Propago.</i>	Idem.	<i>Nec potuisse propagando producere prolem.</i>
<i>Propello.</i>	Prop.	<i>Nunc agite o Socij propellite in æquora nauem.</i>
	Lucr.	<i>Est procul à tergo que prouehat atque propellat.</i>
<i>Propulsus.</i>	Lucan.	<i>cernit propulsa cruore.</i>
<i>Propulsas.</i>	Lucret.	<i>Verba propulsantes iterabant dicta referri.</i>
<i>Procumbo.</i>	Virg.	<i>Sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos.</i>
	Luc.	<i>Brachia palpebreque cadunt, popliteque procumbunt.</i>

	Iuuen.	<i>Professi rapiunt aieno ne prædam.</i>
<i>Professus.</i>	Horat.	<i>Scrutantis speciem præbere professus amicum.</i>
	Idem.	<i>At Græcus postquam est profusus aceto.</i>
<i>Profusus.</i>	Ouid.	<i>Fletus super ora profusus.</i>
	Iuuen.	<i>Profugite è tellis qua vobis Etabitur urbis.</i>
<i>Profugio.</i>	Val.	<i>Contingat mihi deinde mori fata profugit.</i>
	Damaf.	<i>Profundum penetrare noctemque diemque.</i>
<i>Profundus.</i>	Virg.	<i>Contremuit nemus & syluæ tonuere profunda.</i>

Huius generis vulgus etiam esse putat primam in Propola, cuius opinionem eleganter, & neruose refutat Scipio in Culit. Virgil. his verbis: [Multi putant Elogium Græcum esse. Ego verò contra putem: quemadmodum plerisque nominibus Græcis Latinis propositiones suas adponebant; ita etiam Elogium ex Græcâ voce, & Latina præpositione conflatum: ut in Prologo & Prologio Antilogio videmus Sartum: Sic etiam PROPOLA Græco $\omega\omega\lambda\epsilon\iota\nu$. Sed præpositio Latina est, ut Proloca produciunt enim. (Andriâ. Terent.) quod non esse Græca. Si enim esset $\omega\omega\omega\lambda\eta\varsigma$ hoc est $\omega\omega\omega\lambda\eta\varsigma$ & Paracius Senecæ, ut nonnulli annotant ex Polluce neque primam produceret, neque eam significationem haberet, neque nunc. Dicitur enim quod primus vendat mentas quas in portu primus anticipat: & ut Pers. ait, primus tollit piper à sitiente camelo, ut prior vendat: quod manifestò innuit Lucil.

Sicuti cum ficus primus propola recentes Attulit, & pretio ingenti dat primitius paucos

Nam quò minus credam doctissimo viro, censet propola dicendum, facit, quod ea non scriptura etymologia, sed prauæ librariorum consuetudinis. Si enim, quod vnus aut alter Propolam scripserit, verum esset, cum rectam esse scripturam: quidni & ego quoque contenderem Propola dicendum esse, qui in optimo Glossario inuenerim Propola? Deinde quare multis partibus plures libri habent propola, quam propala? Quæ causæ est, cur quæ vsitatior scriptura, ea ut verum non sit? Quare ego puto Propolam esse Græcum cum latina propositione? quæ tamen idem videtur, quod Græca $\omega\omega\lambda\epsilon\iota\nu$. Nam eadem est in $\omega\omega\lambda\epsilon\iota\nu$ quæ in Prologus. Sic Græci latina vocabula cum Græcâ præpositione ratio abstulerunt, & sua fecerunt, ut è $\tau\omicron\gamma\iota\omicron\nu$. Sic Arabes addito articulo suo ad pleraque Græca ad morem suum enterpolarunt: ut liber Ptolemæi est $\mu\alpha\gamma\iota\sigma\tau\epsilon\iota$. Est enim $\mu\alpha\gamma\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ παραματεια. Sic Arabum Kalendarium $\mu\alpha\gamma\alpha\kappa\omicron\varsigma$ à Luna & mensibus, unde circulus lunaris apud Vitruum. $\mu\alpha\gamma\alpha\kappa\omicron\varsigma$. Sic Alam bic. à Græco $\alpha\mu\beta\iota\zeta$ apud Dioscoridem. Itaque v. dixi. eo modo propola. Ita & de elogio &c.] Hæc enim Scaliger: Probatum & Taubman. in Anular. Plant. Act. 3. su. 5. v. 38. Quod verò à nonnullis dicitur, nomen Propago cum significatione mutare etiam quantitatem, & pro vite produci, ut

Georg. 2. — Flexos propaginis arcus ;

Pro Posteritate autem sive Progenie corripit, ut :

Aeneid. 1. Sic Romana potens Italâ virtute propago :

Id est vir è republicâ à veritatis . Nam in utroque exemplo Virgilij una est significatio, prior quidem propria, posterior verò metaphorica. Habeat igitur Propago sive nomen sit sive verbum, primam communem & indifferenssem. Contra Probus statuit Nominativum Propago esse brevem, at ablativum longum, ut : Melius propagine vites Respondent, vide & Erythr. in Indic. Virgil. verum & ablativus propage à Victore & Aus. corripitur.

Porrò prima in Proficio, Proluo, Profluus, Prosequor, &c. à probata fidei & antiqui seculi Poetis semper producitur; Symphonius autem; Tertulianus, Drepanius, Helpidius & alij recentioris ætatis Poetæ Sacri, corripuerunt : ut

Symph. Exedi Musas nec adhuc tamen inde profeci.

Tertull. Et concreta diu proluatur pectore culpa

Drep. Soluo pater profluus hilari de pectore grates

Helph. Lumine monstratumque polis prosecuta nitorem

Verum ab antiquis auctoritas petita longe tutior & probabilior est] In Græcis autem pro tantummodo brevis est, ut Propheta, Prometheus. Prologus, Procyon; Proiusles, Prochyla. Procleius, Propotis &c.

[Ita pro merito Græco, non misto, Propolam Euticii Cordus Poeta Hassus dū lib. 3. Epigramm. corripuit:

Si te diva parens factam innat esse Propolam.

Nec ideo erroris damnandus, quamvis à Lucilio Prudentio & alijs producat.]

Hæc omnia Giesianæ Metricæ Author : ex quo duo retine : alterum pro vocibus Arabicis, alterum pro Græcis. Articulus al apud Arabes nominibus præponi debet, & postea apud homines alios compositionis nescios in thema transit : vnde Hispani præter Almagesto, Almanaque, Alambique, quorum mentio fuit facta, habent Albeytar, Alcalde, Alcayde, Alcorza, Aldea, Afange, Alferes, Alguacil, & sexcenta alia. in quibus al ad nominis substantiam pertinet, addimus enim nostrum articulum, & dicimus El Almagesto de Ptolomeo, El Alferes, &c. Sed hæc nostra non referunt. Venio ad Pro particulam propositivam, & pro vocibus, de quibus nihil hucusque definitum, statuo hanc legem. Vbi certum sit hanc particulam esse Græcam, exit brevis : ubi certum sit esse Latinam, erit longa : ubi autem dubium sit, an sit Græca an Latina, erit dubium, an sit brevis, an longa. Ergo in tali illa casu erit indifferens :

Vnum & idem nomen Propago in nominativo habere primam brevem, in ablativo longam, quod Probus asserit : videtur nimium, & rejici omnino debere. An ex supino cognoscetur præsentis aut præteriti quantitas ? Cur non, si alia testimonia non adsint. Putamus enim in Profundo primam esse indifferentem, quia licet non succurrat testimonium, quod eam in præterito persuadeat esse brevem, habemus in præterito Profidî, & Profudî & in supino Profusum,

& Profusum. Considera versus sequentes.

Alcim. Nam lenem suavi flatum profundâ ab ore.

Virgil. Vix ea : cum lachrymas oculis Inturna profudit.

Manil. Aequora profudit toto nascentca ponto.

Ovidius. — Fletus super ora profusus.

Horat. At Græcus postquam est Italo profusus aceto.

Q

Quadrans, quadrāns, quadrūs, quadrâ, quadrum, quadrāgenūs, quadrāgenariūs, quadragesimūs, quadrāgentâ, quadrāntal, quadrāntariūs, quadrō, as, & omnia quæ ex his componuntur aut derivantur, ut quadrāgâ, quadrūps &c. Ade Quotidî, quod secundum multos habet indifferentes duas priores.

Terent. Nam mihi quidem quotidîe augetur magis. Iamb.

Catull. Coniugis in culpa flagrari quotidîana.

Mart. Lewis dropace tu quotidîano. Phaleuc.

Ex primo versu non constat primæ syllabe quantitas : illo enim loco & Spondeus & Iambus capi potest. constat ex cæteris, illam enim Martialis corripit, & Catullus producit. Secunda in secundo versu brevis est : longa in primo & in tertio.

R

Retro, retrorsum, & quæ à retrò componuntur, ut Retrogradus, retròversus, &c. Rudò, Rverum.

Re in compositione, sive iterationem, sive negationem significet, breve est : at sæpe, & præcipue in vocibus quæ habent post illud re duas syllabas breves, producitur per epenthesein : dicitur enim Relligio, Repperio, Reffero, &c. Quando verbum incipit à duplici consonante ut Spondeo, scribo, scio, &c. præpositum Re longum est : dicimus enim Rêspôndêò, rêscribò, rêsciò : interim in Bonaventura Caualerij Trigonometriâ lego hos versus.

Telluris quicumque cupis, calice rêsciêre

Queque Cavalerius, te docet arte novâ.

In quibus vox Rescire primam, & Cavalerius tertiam brevem habet. Author fuit clarissimus dominus C. B. I. P. Vtrum sit tantus, ut illum possis imitari, tu videris.

S

Sacro verbum habet utramque communem, inde Sacër, sacra, sacrum. sacramentum, sacrificium, sacrificus, sacrifico, sacrosantum succedunt saluber, samaria, samarita, samaritanus, satrap. satrapâ. scatinia. sidonius, sinus socrus, smolentus, spadò, statim, strigilis, strigosus. stuprum. stymphalides. supra, susana.

Posui inter indifferentes sinus, & quia vox hæc

K 2

hæc vas, vestem, casses & litus significat, hos versus legendos propono.

- Silius *Cætera sinuatis glomerat sub pectore gyris.*
 Virg. *Sinum lactis & hæc te liba Priape quotannis.*
 Virg. *Sicanio pratenta sinu iacet insula contra.*
 Virg. *Nuda genu, nudoque sinus collecta fluentes*
 Liu. And. *Buteus & revocet volucres in pectere sinus.*
 Mart. *Pulcher adest onager mitti venatio debet*
 lib. 13. *Dentis Erythrai iam remouere sinus.*

Hic me sequere. Prima significatio videtur vestes solum respicere: & tunc habet primam communem, vt patet ex versu quarto & quinto. Per metaphoram, vt bene notant cum Calepino multi alii, vas, litus, & casses significat: ergo etiam tunc erit indifferens; quia metaphora vocum quantitates non mutat. Sic ratio me cogit discurrere. At contra stat vsus & veterum Poëtarum authoritas: *sinus* enim significat vestes inferiores: *sinus* vas quoddam sinuosum; & *sinus* aut litus, aut casses. [In primo versu vox illa *sinuatis* forte non est tetrasyllaba, sed V fit consona, vt inde molossus *sinuatis* resultat.]

T

Tetrachordon, Tetrastichum, Tetrarcha, Tetricus, Tetrico verb. *Troies, Tigris*, fera. *Tobias, Triplex, triplicis*. Item *Tortilar, Tarquinus, Tiberius*. Item ratione dissidij & inter accentum & quantitatem apud Græcos *Trigonus, & Tetragonus*. *Tethys* habet primam longam & secundam ancipitem: *Thetis* vero primam indifferentem, & secundam breuem. *Totus* pro vniuerso, primam habet longam: si contraponatur *quoso*, breuem.

V

Valdico coniunctim sumptum: si dividatur, *Valedico, Vpris, Vbro, Viticula, Vitrum, Vitus, Volucris, Vter, Vtra, Vtrum*, & comp. & deriuata vt *uterque, utraque* &c. *utrumque* &c. *ubiuis, ubique* &c. [De voce *utrumque* in nomin. vide finita in A.]

Notavi etiam habere literas indifferentes *Vaticanus* in quo Giessani cognoscunt secundam indifferentem: licet enim hanc vocem inter longas posuerint, cupingerunt hoc modo *Vat'icanus, Valedico*, dicitur & *Validico*, per I à supino *Validum*, vnde & *Validus*, per E ab imper. *Valere*, vel infinitiuo *Valere*. *Vitupero*, exponi solet *Vitium* paro: volunt multi produci illud tu, sed exemplum desiderarem, vt cogerem ut obedire. Citant Terentium, at versus quem adducunt contrarium suadet;

Isti | vitupè | ranti fa | Etum atque in e | o di | spuntant.

Giessana Poetica adducit hunc Lipsij senarium.

Quos placi | tum est lau | dant: quos | placitum est | vitu | perant.

Sanè in Lipsij versu est *vitup'rd*: at in versu Terentii non facili negotio examinabitur qualis pes sit ille *vitupe*: ne sit dactylus facit prima brevis: ne sit anapæstus, vltima brevis: ne sit amphibrachus, genus carminis, quia lambica talem pedem (& in secundo loco præcipuè) no admittunt. Ergo superest vt sit tribrachus.

Y

Homerus primam in voce *ὄδω* indifferentem esse voluit, quod notavi superius, cum agerem de incipientibus ab H. Hæc ergo indifferentia in omnia derivata & composita transiit, quæ iuvat etiam hic dixisse, vt cognoscatur melius.

Z

Zabulon, Zachæus, Zachariás, Zebédans, &c. syllabis, quas nec diphthongus, nec positio, nec accentus metitur, non habent determinatam quantitatem.

CXXXV.

De his quæ mutant cum significatione quantitatem.

Nonnullæ voces dividitur, & alterantur vt *Erasmus* eras mus. *Dominus*, do minus. *Volueramus*, volue ramus. *Amare*, ama ver. *amari*, à mari, *amatè*, ama te. *Astricomas*, astricomas &c. & hæc voces interdum mutant quantitatem.

Variatio etiam declinationis, coniugationis casus, temporis, &c. variat nonnunquam syllabæ magnitudinem, vt *Musa* nom. *Musa* abl. *estè* voc. *santè* adverb. *Décôr*, *décôrís*; *Décus*, *côrís*. *sensus* nom. *sensus* genit. &c. *Maria* *Deira*, *maria* &c. *Amare* verb. *amare* adverb. *Ligis*, *lex*, *legis*. *Ligò*, *as*. *Légit* præf. *Légit* præf. etiam *Pérl'git*, *advenit*, *invenit*, *convenit*, *subvenit* &c. in præf. & in præf. *Pérl'git*, *advenit*, *convenit*, *subvenit*, &c. *Venimus* præf. *venimus* præf. sic *incido*, *occido*, *recido*, *decido*, &c. à *cadò*: *incido*, *occido*, *recido*, *decido*, &c. à *cadò*. sic tandem *manet* à *permanet*: *Permanet* à *permanet*. *Miserè*, *verb.* *miserè* adverb. *Tenerè* verb. *tenerè* verb. *Honores* verb. & nom. *honore* nomen substantiuum *honore* voc. *honore* adverb. *lavit* præfens à *lavò*. & *lavit* præf. à *lavò*, *as*.

Placet addere hæc carmina, quæ nonnulla nomina complectuntur, quæ diversas habent significationes, & quantitates.

Est Acer in Sylvis equus Acer Olympia vincit
Improba cantat anus, in scamno sedit anus.
Devorat os oris, quidquid luceatur os offis.
Dum sinit hora canes, effæto tempore canes.
Grandevique canis candescunt tergora canis.
Vin tibi dicamus, cui carmina nostra dicamus
Leuis adhuc puer est, leuis autem sermo puella.
Deceptura viros pingit mala femina malas.
Malo tamen pulchrum malo decerpere malum
Populus in Sylvis populus repeitur in urbe.
Pluvibus ille refert que non cognoscere refert.
Sylvæ vetus cecidit ferro quam nemo cecidit
In sylvis lepores in verbis quare lepores
Et parere uxorem decet & parere marito
Oblitus est vno, sed non oblitus amoris &c.

APPENDIX I.

CXXXVI.

CXXXVII.



VAE nos observavimus circa syllabarum quantitates iam videris, quod alij observaverint audire vis, & merito plura enim multi invenire possunt & solent, quam vnicus. Qui alios libros examinet, vix plura inveniet, puto enim Nos, aut etiam clarissimos Authores collegisse omnia, quae poterant sciri, vel colligi. Ergo sequentes paginas accuratè respice, & praescriptis coopia.

Ecclesiasticos suo iure uti aut abuti notarunt plurimi, & inter ipsos Smetius, quem paulo antè produxi & laudavi. Profodiae suae addidit Appendicem vocum aliquot, quas Ecclesiastici & alij quidam posteriores Poetae contra vel regulas vel orthographiam vel originis naturam, vel morem veterum vsurparunt: quas tamen monet temerè imitandas (suscipiendas) non esse. Et Ego, ne quidpiam meo Lectori desit, quod eius possit eruditionem promovere, syllavam ipsam subijcio.

A

<i>Abdera</i>	Marcell.	<i>Quod Cous docuit senior, quodque abdera suasit.</i> Media huius per scriptum etiam Mart. producit.
<i>Abidus</i>	Auien.	<i>Sestos ubi atque Abydos parvo Salo discernuntur.</i> Media Ouidio longa est.
<i>Adon</i>	Capel.	<i>Ammon & Arentis Libyes ac Biblius Adon.</i> Priorem Virgilius brevem ponit: <i>Suppetit affatim exemplorum copia, nosque.</i> Media Accio est brevis.
<i>Affatim</i>	Arator.	<i>Hinc mater, hinc sponsa Agnes, Thecla dulcis Agathe.</i> Secundam alij & Martialis ipse brevem habent.
<i>Agathe</i>	Fortun.	<i>Ammon & Arentis, Libyes ac Biblius Adon.</i> Ultima per ω scribitur, quae longa semper.
<i>Ammon</i>	Capell.	<i>Temperat ingenuos, qua lata Aquitania mores.</i> <i>Fulmentis Aquitanicis superba.</i> Phal. Secundam producit Tibullus.
<i>Aquitania</i>	Aufon.	<i>Aut Avati numeros, aut picta Manethonis astra.</i> Secundam Hel. Cinna producit.
<i>Aquitanicus</i>	Sicon.	<i>Archyta Pythagoras, Aratus Cato, Plato Chryseppus.</i> Mediam Propertius extendit.
<i>Aratus vir.</i>	Mamer.	<i>Archimedeâ, astrificante manu pentam.</i> <i>Qui fundamentis manet. Architectus in illis.</i> Secundam Mart. contrahit.
<i>Archyta</i>	Fortun.	
<i>Archimedeus</i>	Capell.	
<i>Architectus</i>	Arator.	

B

<i>Beryllus</i>	Prud.	<i>Hinc sibi sapphirum sociauerat atque beryllum.</i> Primam Propert. producit.
<i>Berytus</i>	Auien.	<i>Hic Tyras est opulens & Berytus optima, Biblos.</i> Secundam Propert extendit.
<i>Beticus</i>	Sern.	<i>Sal niueum sumet Beticum, quod nomine dicunt.</i> Prima Martialis est longa.
<i>Bipes</i>	Aufon	<i>Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus.</i> Posterior producit in tripes, quadrupes, & pes veteribus.
<i>Bis</i>	Arator	<i>Bis habitum quem culpa creat, iam bella tribunus.</i> Ercuis est Ouidio & aliis.
<i>Blaterat</i>	Au. Phil.	<i>Blaterat hinc aries, & pia balat ovis.</i> Horatio prima huius contracta est.
<i>Bobus</i>	Aufon.	<i>Aes veluti spirans cum bobus exagitas.</i> (bobus) At priorem Ouidius producit [sed forte dixit

C

<i>Calceamenta</i>	Prud.	<i>Plantis calceamenta dissoluis,</i> Phal. Tertia natura longa est in calcæatus.
<i>Chalcedon</i>	Prud.	<i>Hinc Chalcedon hebes perfunditur ex hyacinto.</i> Ultima per ω scribitur: ideoque producenda.

Tunc

Vit Henricus Smetius Medicinæ Doctor, & si ita Aesculapio, quam Apollini deditus, Medicæ Rei doctissimus. Edidit Profodiam promptissimam, quae syllabarum positione & diphthongis carentium quantitates solâ veterum auctoritate adductis exemplis demonstraret. Hanc juvenis & in ætatis flore juris publici fecit: & quia ingenia erudita non torpent, anno ætatis suæ LXXV. Mantissam addidit, & in fine secundæ editionis adiecit [& quidem prestasset voces interferere, & ex Profodia & Mantissâ vnicum opus conformare.] In epistola ipse ad Ioannem Korenpuntiû Tribunum & Architectum militarem, cui opus dedicat, fatetur voces & syllabas diuerso accentu & quantitate à viris etiam doctis proferri, nec bene ab omnibus: & quia doctè perorat, eius verba subiungo.

Qum ante annos pauculos, vir fortissime, poemata quædam prima ætate nostra lusa, recognoscere in mentem venisset, tandemque quorundam, qui in scribendis versibus peritiores, editisque in lucem poematis clari, hoc loco vivebant, iudicio subiecissim: accidit, vt diuersis diuersa (prout, ne quid amicitiæ darent, eos ante obtestatus fueram) obelisco liberrimo configentibus, de

Compos	Victor	<i>Tunc erit ut rerum compos, & certa salutis.</i> At vltimam Ouidius corripit.
Conditio	Maxim.	<i>O quam dura premit miseris conditio vita.</i> Secundam Horatius & alij breuiant.
Copula	Licent.	<i>Arcet amor, copulamque tenet communis honesti.</i> Prima Ouidio longatur.
Corcyra	Auicn.	<i>Corcyra compra solum, locupletur Coreyra sulco.</i> Producit secundam Ouidius.
Corcyrus	Priscian.	<i>Corcyrus Pergeque calens, & celsa Phaselis.</i> Secundam Virgilius corripit.
Cuculus	Au. Phi.	<i>Et cuculi cuculant, fritimur rauca cicada.</i> Media Horatio est producta,

D

Demon	Prud.	<i>Multiplicis dum demon adest, qui parte sinistra.</i> Posterior per ω quoque scribitur natura longum
Darius	Sidon	<i>Et primum Darij tumultuantes.</i> Phal. Prima Ouidio, & Claudiano prolongatur.
Deerit	Alcim.	<i>Et si crimen erit, error non deerit alter.</i> Veteres sine α sin ex prima & secunda faciunt.
Delibutus	Prud.	<i>Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,</i> Secunda Horatio corripitur.
Didymus	Arator	<i>Vulneribus sua membra probans, modo Didyme discis.</i> Prima Martiali est breuis.
Dispar	Prud.	<i>Quicquid dispar habet cumulum discretio capit.</i> Posteriorem Horatius longam statuit.

E

Ecclesia	Tertul.	<i>Sic & Apostolico decurrit Ecclesia verbo.</i> Scribitur per geminum $\alpha \alpha$
Ecclesia	Sedul.	<i>Ecclesiam pulcro Christus sibi iunxit amore.</i> Secunda per η eta quæ longa est, scribi debet.
Enecans	Tertul.	<i>In cataclysmo enecans pariter cum prole parentes.</i> Horatius primam producit.
Energima	Prud.	<i>Audiat insanum bacchantis energima monstri.</i> Scribi oportet $\epsilon \nu \epsilon \gamma \gamma \mu \alpha$ per eta, natura produ- cenda.
Eneruatus	Symm.	<i>Corpus eneruatum gereret sine laude palastra.</i> Virgilio prima extensa est.
Enigmata	Prud.	<i>Legis in effigie scriptum per enigmata Christum.</i> Scribitur autem ænigmata cum $\alpha \eta$ diphthongo
Enormis	Sedul.	<i>— & septem panibus agmen.</i> (longa.) <i>Pauit enorme virum, præterque infirma secundi.</i> Huius primam longam facit Statius.
Eremus	Prud.	<i>Excidi t ergo animus eremi sitis, excidit ille.</i> Scribitur $\epsilon \rho \eta \mu \circ \varsigma$ per eta in secunda, ideoque producenda.
Euangelium	Tertul.	<i>Tradit Euangelicæ Paulus sine crimine mundum.</i> Scribitur per diphthongum $\epsilon \omega$ in prima, quæ est longa.
Eugenia	Fortun.	<i>Hic Paulina, Agnes, Basilissa, Eugenia regnant.</i> Secunda per epsilon scribenda, quæ corripitur.
Euripides	Sidon.	<i>Cessissent Sophocles & Euripides.</i> Phal. Secundam longam, tertiam breuem ponit Ari- stophan.

F

Fames	Prud.	<i>Pignoribus, spoliatque suos fames impia natos.</i> Posteriorem Virgilius producit.
Fere	Auson.	<i>Nam tecum fere totus cro, quocunque recedam.</i> Vltima longa ponitur à Virgilio.
Feriturus	Maxim.	<i>Quo tibi feruor abit per quem feritura placebas.</i> Secunda quia quartæ est coniugat. producenda fuerat.
Fient	Arator	<i>Credite vera fient, nec spe frustabor inani.</i> Præ in Fient longa est Virgilio & aliis.

Fimus

de nonnullarum vocum
quantitatibus questionibus
inciderent, quas hic pro-
ducendas, ille contrahen-
das existimaret: de quibus
tamen probatorum
Poetarum exempla pro-
ferre nequirent: neque
etiam illorum, qui de
Metrica accuratius scrip-
serat, Despauterij & Mic-
Fabricij monumenta con-
trouersia dirimere pos-
sent. Quo discrepantium
opinionum tædio affectus,
de Syllabarum, Diphton-
gis aut Positione cæren-
tium, præcipue verò pri-
marum & mediarum, de
quibus frequētius, quam
de vltimis dubitari solet
quantitatibus, solâ verum
(qui ut minimè
ante annos mille scrip-
runt) auctoritate con-
probandis cogitare con-
stitit. Quamobrem peruef-
tis (quoties ab ordinari-
negotij otio aliqui
bifurari possem) pluribus
quàm centum & viginti
Poetarum, cum cæcè
integris, tum fragmentis
labore incomparabili
primùm quidem collig-
bam ea tantum, de quibus
meritò dubitari pos-
set. Postea hortatu que-
rundam, etiam illa, quibus
licet cultioris condi-
tionis homines, ex v-
tata doctioribus pronun-
tiatione, nihil ambig-
rent; quædam tamen ge-
tes, quales Galli, Poloni,
Vngari, ob vernaculi ser-
monis contagium, Lan-
næ elocutioni vitium
ferre assolent: Vnde
illud:

*Non curò quantitatim
labarum, modo sit oratio con-
grua. Item: Nos sumus Ne-
biles Poloni.*

Et sicut centies, dum
Louanii, Bononiæ & ali-
bi in studiis literarum
versarer, notavi ex Pro-
fessoribus (viris alioquin
magni nominis) quoti-
ex imperitâ consuetudi-
ne, insuauiter admodum
ac inconcinne inter præ-
legendum, non pauca
proferre, qualia:

Alaricus

<i>Fimus</i>	Seren.	<i>Sive columbarum fimus miscetur aceto . Priorem corripit Virgilius .</i>
<i>Flagitaret</i>	Capel.	<i>Tempore extremam, cum flagitaret opem. Primam huius productam ponit Horatius .</i>
<i>Florianus</i>	Arator.	<i>Nominis ore tui iam Floriane tenes . Prima in florus est longa .</i>
G		
<i>Ganeo</i>	Prud.	<i>Ingluicem, vegetamque gulam ganeonis inescant . Primam Iuuenalis producit .</i>
<i>Ganea</i>	Prud.	<i>Iura pati, & la xa ganeorum lege teneri . A Terentio & Plauto prima producit .</i>
<i>Genesis</i>	Fortun.	<i>Porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi . Scribitur γενέσιος per epsilon in secunda, quæ</i>
<i>Geometra</i>	Sidon.	<i>Tractator, geometra, musicusque Phal. (breuis est . Habet omega in secunda, còque protrahenda .</i>
H		
<i>Hæmorrhous</i>	Fortun.	<i>Vipera, seps, iaculus, basiliscus, hæmorrhous, aspis . Diphthongus æ est in prima, & à Nicandro pro-</i>
<i>Hæresis</i>	Prud.	<i>Cognomento hæresis, Deus est mihi discolor inquit . Diphthongo in prima hæresis scribi debet .</i>
<i>Herodes</i>	Sedul.	<i>Herodes hostis impiè . Iamb . Ἡρώδης in syllabis tribus natura longis constar .</i>
<i>Hilaris</i>	Fortun.	<i>Hinc simul Hilarium, Martinum Gallia mittit . Hilaris primam corripit apud veteres .</i>
<i>Hilaris</i>	Sidon.	<i>Eucherij venientis iter, redeuntis Hilaris . Hilaris sicut primam, ita secundam quoque cõ-</i>
I		
<i>Idolum</i>	Prud.	<i>Quousque viros non ira fremens, non idola bello .</i>
<i>Idolium</i>	Prud.	<i>Idolium ardebat debere perfidia .</i>
<i>Idolatrix</i>	Prud.	<i>Iniecerat lapides fumosos idololatrix . Scribuntur ἰδῶλον prima atque secunda produ-</i>
<i>Idume</i>	Marcel.	<i>Palmula nec desint Idumes, nec pruna Damasco . Secundam prolongat Virgilius .</i>
<i>Imbecillus</i>	Prud.	<i>Et imbecilla infantia . Iamb . Secundam huius Horatius extendit .</i>
<i>Impar</i>	Prud.	<i>Succumbit Phrygio, coitus fuit impar utrique . Posteriorem producit Horatius :</i>
<i>Inchoamentum</i>	Helpid.	<i>Inchoamenta gerens fragiles processit in artus . Tertia longa est à supino coniugat. prima .</i>
<i>Inquietatus</i>	Sidon.	<i>Crebras inquietata per procellas . Phal . Tertia ab Inquietus fit, quæ produci debet .</i>
<i>Judaicus</i>	Alcim.	<i>Quande induratum plebes Iudaica Regem . Secundam Iuuenalis contraxit .</i>
L		
<i>Lestrygonas</i>	Sidon.	<i>Lestrygonas nos esse puta : monstrumque tributum . Secundam producant veteres .</i>
<i>Latro</i>	Victor.	<i>Explorare iuvat, ventremque explere latrantem . Priorem producant veteres .</i>
<i>Lauacrum</i>	Prosp.	<i>In qua per lauacrum fidei virtute renata . Secunda protrahenda est à supino lauatum de-</i>
<i>Lues</i>	Prud.	<i>Cuspis auaritia stupuit lues improba castis . Postremam Virgilius productam habet .</i>
<i>Lusitanus</i>	Prud.	<i>Lusitanorum caput oppidorum . Sapph . Secundam æque ac primam Silius protendit .</i>
M		
<i>Macedo</i>	Arator.	<i>Fecundo ieiuna solo vir quippe Macedo . Secundam enim Lacanus semper breuem ponit .</i>
<i>Macedonius</i>	Arator.	<i>Vescitur esuriens Macedonia, perque soporis .</i>

Alaricus, Alroquin, Alro-
quado, Andronicus, anisim
Apamida, Archianor, Archi-
medes, Aristobulus, Beroni-
ca, Chamadrys, Cleobulus,
compant, Cyclaminus, Da-
ricus, Getuli, Heraclitus,
Hydrones, Lacones, Medi-
stinus, Mathesis, Paracletus,
Petroselinum, Suffocant,
Thessalonica, aliaque in-
numera, contra accentu
legitimum, ipenultimæ
syllabæ quantitati debi-
tum. Ex quibus vel solis
manifesto liquet, conatu
hunc nostrum, non solū
pædagogis, ad pueros in
versificatoriâ exercen-
dos: sed viris quoque in
quacunque facultate ver-
santibus, Theologis, Iu-
risperitis, Medicis, Philo-
sophis, Rhetoribus, Hi-
storicis ad concinniorē
magisque elegantem e-
tiam solutę orationis pro-
lationē magnoperè pro-
fiturum. In quo dum
allaboro, opus in maiore
expectatione meâ tumo-
rem accreuit. Collegi
autem potissimum ex
Poëtarum versibus illis,
qui certos pedes postu-
lant: quales Hexametri,
Pentametri, Phaleucij,
Iambici, Alcaici, Sapphi-
cij, Choriambici, Tro-
chaici, Scæzontes: versus-
que formam scansionis
commodioris gratiâ an-
notavi, vt de pedibus cõ-
stet, præter hexametrum
& pentametrum per se
notissima. Studui inter-
rim qua potui exempla
proferre, quæ duas aut
tres syllabas afferere que
ant. Aliquando etiam,
vt de vltima constaret.
Ex Plauto autem aut Te-
rentio, vt minus curiosè
leges seruantibus, sicut
ex Catullo in Phalæcijs
niuiâ libertate luxurian-
te (dum primo illorum
pedi modo spondæum,
modo iambum, modo
trochæum quoque attri-
buit. Secundo vero loco,
dactyli vicem nonnun-
quam spondæo supplet)
quam parcissimus fui, &
quidem necessitate so-
lummodo

- Tertiam Ouidius breuem statuit .
Meotides Licent. *Maotidumque plaga pontus quas obruit Helles .*
 Secundum Ouidius longam fecit .
Margaritæ Prud. *Margaritam ingens opibusq; & viribus arca .*
 Secundam Petrus Arbiter & alij contrahunt .
Malanthia Colum. *Nascuntur Gracili malanthia grata camino .*
 Prima ab alijs & in alijs corripitur .
Melanurus Ennius. *Melanurum, turdum, merulam umbramq; marinam*
 Contra primam breuem , tertiam longam Ouidius habet .
 Scribitur enim *μελάυρος*, vel Anapæstus est pro
 dactylo apud Ennium .
Melos Priscian. *Qua Melos atque Crathis fluiui, qua currit Ioan.*
 Posteriolem longam ponit Ouidius .
Melide Arator. *Sicanio lateri remis vicina Melide .*
 Secunda corripitur ab Ouidio .
Meridies Fortun. *Luna nec in noctem, Sol neque meridie .*
 Primam breuē, secundā longam Horatius facit .
Mithras Capell. *Dissona sacra Mithram, Ditemq; ferumq; Typhonem .*
Mitra Prud. *Vt mitram Cesariem cobibens aurata virilem .*
 Vtriusque priora veteribus producit .
Modo Victor. *Vlla potest decreta, modo tu viue superstes .*
 Posterior corripitur apud veteres .
Mosyni Prisc. *Mosyniq; domos præbent, quis lignea tecta .*
 Prima Tibullo contrahitur .

N

- Negligentes* Alcim. *Quos statnam Assyrii negligentes principis illam*
Negligenter Alcim. *Pœniteatque olim negligenter temporis acti .*
 Primam veteres producunt .
Nisi Sidon. *Sin tantum. penitusque nisi nihil esse videtur .*
 Huius vltima veteribus breuis ponitur .
Ninus Rex Sidon. *Non hic Assyrijs Ninum priorem . Phal.*
 Cuius priorem Martialis producit .
Nolanus Prud. *Campanus Capua, iamque Nolanus adest .*
 Huius primam Ausonius extendit .

O

- Omnino* Auien. *Hæretici sensus, nullamque omnino reliçum .*
 Vltimam Virg. producit .
Oreæ Fannius *Fluctuet æquoribus, nec non Oreæque feroces*
 Lucano media producit .

P

- Pachynus* Auien. *Vsque in saxosi Pachyni iuga, plurimus inde .*
 Media longa est veteribus .
Pedagogus Maxim. *Pedagogus agit me, nam tristissima mater .*
 Secundam corripit Mart
Palam Prosp. *An dexteram pacis palam dare, te pudet hosti .*
 Prima Virgilio reuis existit .
Pamphylia Auien. *Pamphylia in fines hic idem Cragus habetur .*
 Huius secundam Statius producit .
Pandiones Auien. *Hæc cum Pandionis lectum componeret aula .*
 Secundam longam habet Lucanus .
Paphiacus Auien. *Cespide Paphiaco prodit saxosa Varambis .*
 Primam contrahunt antiquiores .
Paracletus Auien. *Spinat de Patrio corde paracletus . Choriamb.*
 Scribitur tamen per, n eta penultima
 producenda .
Paricida Prud. *Innocuus inter soboles gemit paricidam s*
Paricida Arator. *Paricida trabis quod Christi sanguine fuso .*
 In his primam longam, secundam breuem ponit
 Horat.
Pelopes Licent. *Sidoniosque inter mansit, regnumque Pelopum .*
 Mediam veteres contrahunt .
Per Sedul. *Mors fera per hominem, miserum sibi subdidit orbem*
 Phidies

lummodò premēte: idē
 in vocibus, quæ alibi ra
 rius occurrunt. Vitat
 quoque quæ licuit (mo
 do alia non deessent) ver
 sus cæsurarum licentiã
 abutentes Ecclesiastico
 autē Poëtas parcius pro
 duxi: eò quòd subinde
 minus anxij quantitatē
 obseruatores esse videā
 tur, dum maiorem rerū
 quam pedum rationem
 habent, quod apparet in
 vocibus *Ænigma*, *Copula*
Enecas, *Eneruatus*, *Flori*
nus, *Fient*, *Sphæra*, & *Sma*
libus, in quibus primam
 contra vel naturam, vi
 morem antiquiorē co
 rripiunt. Sed secundam
 in *Abdera*, *Archimedes*, *Be*
clesia, *Eremus*, *Idume*, *La*
becillus, *Lauacrum*, *Rom*
phaea, *Seuerinus*, *Valeth*,
Verecundia. Simili mo
 tertiam contrahunt
Æmulamentum, *Calceam*
tū, *Inchoamentum*, *Inque*
tus, *Paracletus*, *Polliceban*
 Posteriolem quoq; bre
 uem faciunt in *Deno*
Dispar, *Fames*, *Proles*, *V*
ses, *Vulpes*. Contra pri
 mam producunt primam præ
 morem veterum non
 ro in voculis: *An*, *Bis*,
dymus, *Meridies*, *Seleu*
Sinus pro littore, *Spado*. Ita
 secundam extendunt
Conditio, *Redimitus*, *Sat*
Sacrificium: quemadmo
 dum & in nonnullis ali
 præter artis leges, aut
 riquorum vsum, quæ
 imitandum esse abnu
 Quorum exempla vidē
 re volenti, in peculiari
 appendicem finito hui
 operi subnexum, ne quis
 fallatur. conijcienda po
 tius putauit: quam (quod
 in priore editione factū)
 eadem simul cum alijs
 in contextu, tamquam
 imitatione digna, relin
 qui. Est iisdem familia
 re, vocales natura bre
 ues, in fine dictionis po
 sitas, ob consonantes vel
 duas discretas, vel vni
 cam duplicem, qualis X
 & Z. caput vocis sequen
 tis occupantes, iure quasi
 possi-

Per Vetusis semper breuiatur .
Cuius opis ? Phidiae, qui signum Palladis eius .
 Pr mam antiquiores prolongant .
Philosteta tibi dedit Pharetram . Phal .
 Prima contrahitur Virgilio .
Pingere Philosophi victricem Laida cepit .
 Philios in omnib. compositis primam abbreviat .
Hac sese occultant Phocinus & Arrius arte .
 Primam Lucanus breuem fecit .
Et vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur .
 Media est longa Iuuenali .
Quid mirum rabido si corde phreneticus aeger .
 Primam Mart. producit .
Physica vel logico logicum, vel iungit ad ethos .
 Primam breuiat Aufonius .
Finge animo & teste & caeci infanta Pilati .
 Prima & natura & vsu veterum producit .
Tum Pisida ferox exercet pinguia culta .
 Claudianus & primam & secundam curtas ponit .
Archila, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chrysippus .
 Primam Horatius breuem facit .
Turgent iter dona illi mox pollicebantur .
 Tertiam natura protendit Pollicebar .
Præputio ex futo octaua luce sacrare .
 Secundam Iuuenalis extendit .
Respondit hic Romanus eccum præsto sum. Iamb .
 Vltimam producant veteres .
Præstigiæque diu nebulosa in fraude peracta .
 Secunda producta est antiquioribus .
Et noua de terris proles in astra volat .
 Posterior longa est Iuuenali .
Nam me propitius verum pater vnicus alto .
 Prima corripitur Senecæ . Similia sunt Propitia-
 tus, propitiabilis, &c .
Psalterium Lyrici composuere pedes .
 Secunda extenditur & Virgilio natura .
Vntu Pugilibus miles pignabat Hetruscus .
 Prior breuis est Horatio .
Inde pugillares soliti percurrere ceras -
 Primam Iuuenalis longam ponit .
Parua pulex & amara lues inimica puellis .
 Primam Mart producit .

Q

Quintilia quantum gaudet amore tuo .
 Catull.
Ergo Quintilium perpetuus sopor, Choriamb .
 Horat.
Gloria Romana Quintilianæ toge .
 Mart.
 Secunda in his tribus contra naturam Quintilis
 primitiui est contract .

R

Terris recolitis vestra tenerier . Choriamb .
 Capell.
 Prima veteribus est contracta .
Ipsa redimitos olea frondente capillos .
 Prud.
 Secunda Virgilio est breuis ,
Æquaque nec ferro breuior nec rhomphaea ligno .
 Valer.
Dextram perarmat rhomphaeali incendia. Iamb .
 Prud.
 Græce scribitur ῥόμφαια , diphthongo in se-
 cunda .

S

Personas tres esse negant, Sabellins vnã .
 Arator.
 Prima alias & vbique breuiatur .
Forma sacrificij perfecti prisca canistro .
 Arator.
 Secunda contrahitur vetustioribus .
Et quoque turba bona plaudat saginata magistro .
 Calphurn.
 Secun-

positionis , producere .
 quanquam non absque
 vetustiorum exemplo fe-
 cisse id videantur . Sic
 enim Iuuenalis .
*Occulta spolia , & plures
 de pace triumphos .*
 Item Virgilius .
*Drymoq; Xantoq; Ligeaq;
 Cymodoeq;*
 Adde, quod iidem ge-
 runda in *Do* , plerumq;
 indifferenter vsurpent ,
 licet neq; istud exemplo
 veterū careat . Ita enim
 Tibullus .
*Aufer & ipse meū pariter
 medicando dolorem .*
 Item Iuuenalis .
*Plurimus hic aeger moritur
 vigilando, sed illum .*
 Quos , & alij sunt imi-
 tati : Serenus quidem .
*Sæpe sibi noxæ nimium
 mandando fuerunt ,*
 Item & Aufonius .
 ——— dum percontando
 moraris .
 Verum quicquid hoc
 est : veterum vestigijs in-
 hære consultius omni-
 nõ iudicio .
 Ex recentibus Man-
 tuanum , in voce , *Cicur* ,
 Politianum , in *Matrima*
 & *Patrimus* , eo quod alij
 desissent , semel allegaui ,
 præter illos , quos sciam
 neminem .
 Cæterum quandoqui-
 dem non omnes voces
 apud Poëtas antiquos
 obuiæ sunt : idcirco quæ-
 dam (mihi saltem nul-
 quam lectæ) absq; addu-
 cto exemplo supersunt ,
 quales , *Abanunculus* , *Ace-
 tabulum* , *Ammodytes* , *Alle-
 goriam* , *Apamia* , *Archime-
 des* , *Archipirata* , *Cicur* , *Ti-
 tio* pro *torre* & similia . Vt
 itaque de talium quanti-
 tate constare aliquid pos-
 set , quædam te ad sim-
 plicia remittent : vt *Ab-
 anunculus* , ad dictiones ,
ab , & *auunculus* : Sic *Ad-
 molior* ad simplex *molior* .
 Quædam è contrario ad
 composita , vt *Cicur* , ad
Inciuris : Nonnulla ad si-
 milia , vt *Titio* , pro *torre* .
 ad *Titus* & *Titius* , *Abluuiū* ,
 ad *Diluuium* , *Ammodytes* , ad
Trogodytes , *Appendices* , ad
 Per-

- Secundam producant veteres & primitiuum.
- Salamis* Auicn. *Fertilis Ægine tellus, & opima Salamis.*
Sed mediam veteres omnes contrahunt.
- Salubris* Cinna. *Hostica quod salubrem cuspis haberet opem.*
Secunda in saluber & salutis longa existit.
- Sapphiratus* Sidon. *Vernans herbida crusta sapphiratos.* Phal.
Sapphirinus Alcim. *Sapphirino viridi masculoso carulo & albo.*
Secunda in ambabus rectius producitur.
- Sardinia* Prud. *Iamque Remi populo quernis Sardinia glandes.*
Secundam Mart. contrahit.
- Scatinia* Aufon. *Scatiniam metuens, non metuit Titiam:*
Secunda huius vocis longa est Iuuenali.
- Seleuca* Fortun. *Caciliam Sicula profert, Seleucia Teclam.*
Prima in Seleucus breuis est.
- Senectus* Maxim. *Continuos gemitus ægra senectus habet.*
Vltima huius substantiuui longa est, sicut in voce
virtus, teste etiam Seneca tragædo.
- Seplasia* Marcell. *Quodque ab Idumæis victum Seplasia vendunt.*
Secundam Aufonius breuiat.
- Seruilius* Sidon. *Hos quoque sub nostris domuit Seruilius, utque.*
Seruilia Iuuenal. *Matrona, mox cum dederit Seruilia nummos.*
Vtraque cum primitiuo consentit. Secundam
tamen Horatius corripit.
- SERUS* Auicn. *Profert & Ponto septem serus explicat ora.*
Primam veteres longam semper statuunt.
- Seuerinus* Gobert. *Tu pater & patriæ lumen Seuerine Boethe.*
Secunda primitiuui semper longa ponitur.
- Sextilianus* Mart. *Bis decies solus Sextiliane bibis.*
Secunda in Sextilis primitiuo producitur.
- Silicibus* Euchen. *Compar silicibus nunc hyacinthus eat.*
Prima apud omnes corripitur.
- Simon* Sedul. *Simon patet ouans, & aquosis gentibus instat.*
Primam corripit. Horatius.
- Simon* Arator. *Hic fuerat Simon ille magis, quem prodidit orbi*
Posterior per scribenda producitur.
- Simonem* Fortun. *Hinc Simonem & Iudam, lumen quos Persa gemellum.*
Secundam item protendit Horat.
- Sinapi* Marcell. *Et mentam & sinapi, coriandrum, prototomumque.*
Mediam Columella producit.
- Sinus vestis* Liu An. *Baltheus & reuocet volucres in pectore sinus.*
Priorem Virgilius contrahit.
- Sirenius* Maxim. *Illam Sirenijs stupefactus castibus æquans.*
At secundam Virg. Horat. Ouid. extendunt.
- Smaragdinus* Prud. *Has inter species smaragdina gramine verno.*
Prima longa est veteribus.
- Socrates* Maxim. *Socratem palmam promeruisse ferunt.*
Media omnibus est breuis.
- Solæcisinus* Aufon. *Da rectum casum, iam solecismus erit.*
Secunda Mart. est longa, & cum diphthongo
scribenda.
- Sophia* Prud. *Sortiti ætheria coluerunt dogma sophia.*
Et natura & Mart. mediam breuem ostendunt.
- Sphæra* Prud. *Cuius ad arbitrium sphaera mobilis atque rotunda.*
Scribenda prior cum diphthongo.
- Stipendia* Sul. Lup. *Vt post iurisonæ famosa stipendia linguae.*
Primam Catullus producit.
- Statim* Alcim. *Eligit aerium statim sibi corpus adaptans.*
Catullus priorem corripit.
- Stator* Prud. *Ioni statori debet & Dÿs ceteris.* Iamb.
Longam ponit Ouidius.
- Suffragium* Prosp. *Suffragijs Christi, & plausibus angelicis,*
Suffragatus Paul. Ep. *Hæc per eius suffragata literam.* Iamb.
Secundam Statius longam ponit.
- Syracusæ* Aufon. *Quis Catinam sileat, aut quadruplices Syracusas.*
A Virgilio & Ouidio secunda producta, tertia
correpta

Perpendicularum, Diluculum,
ad Luculentus, Aristobolus
ad Aristophanes, & Cleobolus,
Acetabulum, ad Acetabulum
& Venabulum. Subinde
quoque ad orthographiam
respicere iuberis: Et in
Allegoria, Apamia, Archi-
medes, Archipirata, cum
Græcè scribantur,
ἀλλυροεία, ἀπάμνα
ἀρχιμήδης, ἀρχιπυράτα
vnde natia quantitas
facile colligi potest. Apud
Græcos enim vocales,
n & ω sic t & diphthongi,
tam improprie quam proprie,
semper produciuntur. Vocales
autem ε & ο perpetue
breues: Verum α, ι & υ
cōmunes habentur, quibus
uis non in omnibus. In
quibusdam enim productæ,
in quibusdam contractæ
obseruantur. Tamen
metri veteres ipsos huius
in parte aliquando productæ
obseruatim: quod
ostendunt hæ voces: Ἄμ-
μον, ἄμμαν, Βυτύριον,
βέτυρον, Chalcedon, χη-
λακιδῶν, Chiron, χείρα,
Crepida, κρηπίς, Democritus,
δαίμων, Ego, ἐγὼ, Hæ-
stor, ἕκτωρ, Mater, μητήρ,
Octo, ὀκτώ, Pater, πατήρ,
Polybus, πολύβυς, Rhom-
pha, ρωμφαία, Scoridæ,
σκωρίδα, Toletum, τολέτιον.
Ex his enim syllabarum
natura longas corripiunt.
Contra in Polybus, πολίβυς, Polydorus,
πολυδῶρος, Theophrastus,
θεοφράστης, Themistocles,
θεμιστοκλῆς, primasque
quæ breues sunt, produciunt.
In similibus tamen, quisquis ortho-
graphiam & originem
obseruabit, rationi magis
consentaneum faciet, & qui suum defendat
factum habebit &c.

ECce vidisti Smetim
in Veterum verba
iurantem, & reiicientem
vniuersos Iuniores, si
quid contra antiquorum
leges

correpta, diphthongho in o mutata ponitur.

T

- Taurromitano* Sidon. *Vel Taurrominitana quos Charybdis.* Phal.
Lucan. secundam corripit & quartam producit.
Thales Sidon. *Thales hoc etiam numeris inquirat & astris.*
Primam corripit Iuuenalis.
Ticinus Seren. *Allia precepit Ticini sententia neffi.*
Ticinus Sidon. *Ultima iam claros, querunt post damna Ticini.*
Sed primam atque secundam Silius producit.
Tilia Seren. *Eraxinea in flammis que frudit tiliæ succum.*
Prima Ouidio est breuis.
Tines Sedul. *Non mordax aringo vorat, non vinea sulcat.*
Primam Horatius corripit.
Treniri For. an. *Occurris Treniros, alijs quoque mota querela.*
Prima Lucano protenditur.
Triduanus Arator. *In tenebris triduanæ gerit, fecit esse fidelem.*
Primam longam ponit Martial.
Trigonus Aufon. *Vota leuat trigono, vires sociant sequenti.*
Secundam Manilius extendit.
Tripes Aufon. *Quid bipes aut quadrupes foret, & tripes omnia solus.*
Posterior Horatio est longa.
Turonæ Sidon. *Defendis Turonem, aberas post tempore paruo.*
Primam atque secundam contrahit Lucanus.
Typhonem Capell. *Diffona sacra Mithra, Diemq; ferumq; Typhonem.*
Prima Virgilio longa existit.

V

- Valentinianus* Fortun. *Dum regeret princeps data iura Valentianus.*
Tertiam Valentinus natura protrahitur.
Valerianus Prud. *Vidimus ò Christo Valeriane sacer.*
Valeriorum Prud. *Valeriorum. Adonius versus.*
Primam huius Horatius, illius Martialis con-
trahit.
Valetudo Alcim. *Qualia diuitie valitudo corporis ipsum;*
Secunda longa est Horatio.
Verecundia Maxima. *At post quem teneram rupit verecundia frondem.*
Verecundus Maxima. *Prostratus pedibus verecunda silentia rupit.*
Secunda ambarum natura vsque producit.
Vero aduerb. Prud. *At vero postquam lectuli. Iamb.*
Posterior Virgilio est producta.
Vestigium Sedul. *Vestigis calcare suis veneranter adorans.*
Secunda longa est veteribus.
Viticula Tertull. *Viticulæ in gracili latet ingens corpore botrus.*
Secundam facit longam Virgilius.
Vltra Seren. *Cura ni hil prodest, nec ducitur ultra cicatrix.*
Ultima huius Virgilio & alijs est longa.
Vlysses Maxim. *Efficior demens alter Vlysses ego.*
Ultima est longa sicuti in Vulpes.
Vomica Seren. *Vomica qualis erit, vel eidem proxima quedam.*
Primam contrahit Iuuenalis.
Vulpes Auicn. *Huc arguta nouo gaudentem vulpes amictu.*
Posterior longa est Horatio.

Ex diuersis Authoribus.

¶ CXXXVIII.

Etiam veteres in multis differunt, & eorum dissensus Poëtis iunioribus prodesse poterit. Proderit Philomusis hanc syluam, & Authores, quos octo, diligentius inspicere, inueniet enim in illa plurimas syllabas indifferentes, quibus Labyrinthos suos poterunt conformare -

leges dicant. At contra alij opinantur, nec Veteres ita scrupulosos fuisse vt censentur, nec omnibus placere Iunioribus summam in carminibus seueritatem. Iubeo audiri Gilbertum Ioniunum Aruernum, qui in Lyricorum prefatione sic ait.

Superioris esset ingenij ac parum mulicæ Poëtæ, hoc est ab eo, qui insaniam profiteatur, consilij suscepti rationem exigere: quas enim patres agat consilium in scena furoris? quam ratio personam in theatro sustineat insaniam? reddere tamen placet, etsi repeti non debeat. Necessitas ab ingenio alioquin & duro & supino, quasi vndam ex pumice, versiculos aliquot extuderat. Incauit, vt solet, morbus, ille & delirandi ad lyrani pruritus modicæ illæ confractione: sed, vt vetus verbum est ac valde verum, *Canis, dum properat, cecos parit catulos*, quod minimè te monere opus fuerat, cum in qualibet paginâ festinationis atque supinitatis indicium appareat. Tamen, vt vt sit, frigidulos versus Vulcanico commentare non placuit: tu, Lector, si videbitur, honestius facies, & iustius, & vt dicam quod res est, etiam libentius. Sin etiam apud te insperatam indulgentiam inuenient, habeo pauca, quæ te monitum velim. In quibusdam, quæ veluti scopulos, quidam fugiunt eruditi, minus fuisse me superstiosum, fateor, cum videam Propertium, Ouidium & aliquot alios eam minus religiosè deuitasse, Horatium neglexisse penitus, & Græcos identidem vsurpasse. Versus aliqui iuncturas habent duriores, interdum ex industriâ, interdum etiam (quid enim fateri pudeat?) ex osecitantia. In

A

- Aaron. *Prud.* Sacricolæ summi summis nam fertur Aaron
Tertul. Hic Aaron est virga Crucis, quæ germina profert.
 Abdera *Marcell.* Quod Couis docuit Senior quodque Abdera suavit
Mart. Abderitanæ pectora plebis habes.
 Abel *Victor.* At viuo gaudere lucro dignissimus Abel
Tertull. Huius Abel iustus Pastor, pecudumque Magister
 Abiegnus *Prop.* Nam quis equo pulsus abiegnæ nosceret arces
Proper. Induit abiegnæ cornua falsa boui.
 Abram *Helpid.* Ducit Abram, fidei meritum est, nec parcere nato.
Prud. Abram parenti dictus Abraham Deo. *Iamb.*
 Ac *Horat.* Si sapiat vitet simul ac adoleuerit ætas
Martia. Daphnonas platanos ac acrias cyparissos
 Academ. *Claud.* In latium spretis Academia migrat athenis
Cicer. Indequæ Academia vmbri fera nitidoque lycco.
 Acis *Ouid.* Acis erat Fauno nymphaque Simæthide credus.
Claud. Lucus erat prope flumen Acin, quod candida præfert.
 Adam *Victor.* Deceptum miseratus Adam, quem capta venenix
Prud. Tinxit & innocuum masculis sordentibus Adam
 Adrastus *Prop.* Qualis & Adrastris fuerit vocalis Arion.
Stat. Ducitorem belli generumque potentis Adrastris.
 Adria *Propert.* Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum.
Lucan. — sonat Ionio vagus Adria ponto.
 Aenaria *Stat.* Aenariæque lacus medicos. Statinasque renatas
Cor. sen. Dicitur insidijs flagrans Aenaria quondam.
 Aencidos *Ouid.* Et tamen ille tuus telix Aencidos auctor
Ouid. Aencidos summo grande fuisset onus.
 Agathe *Fortun.* Hinc mater: hinc sponsa Agnes Tecla dulcis Agathe
Damaf. Martyris ecce dies Agathæ. *Dactyl.*
 Alastor *Claud.* Armenti ditescque nota signatus Alastor.
Ouid. Caranon Iphitidemque Alastoraque Chroniumque
 Allobrog. *Cicer.* Vocibus allobrogum patribus populoque patebant.
Iuuen. Rufum quem toties Ciceronem Allobroga dixit.
 Amalech *Prud.* Sublimis Amalech premit, *Tamb. dimet.*
Paulin. Et senis impensa Moti præuidus Amalech.
 Amen *Victor.* Et responsuris ferit æthera vocibus Amen
Fortun. Qui mihi spes veniæ causa salutis amen.
 Apricus *Horat.* Quidquid sub terra est in apricum proferet ætas
Prop. Qui tulit aprico frigida castra lare.
 Aquitan. *Auson.* Fulmentis Aquitanicis superba. *Palæc.*
Sidon. Temperat ingenuos qua læta Aquitania mores
 Architec. *Mart.* Præconem facias vel Architectum
Avator. Qui fundamentis manet Architectus in illis
 Arius *Lucan.* Substringens arma specomas, hic fortis arius,
Prud. Ac sese occultant Protinus & Arius arte.
 Astutia *Prud.* Psalma primum perculisse versipelli astutia *Troch.*
Tert. Hunc instrumenta humana astutia nisa
 Atlas *Virg.* — docuit quæ maximus Atlas
Mart. Non aliter monstratur Atlas cum compare multo.

B

CXXXIX.

- Bahal. *Prud.* Fluxerat ornatus caput & iam coctile Bahal
Sedul. Tunc coluere Bahal, tunc elegere Barabban.
 Batauis *Lucan.* Vangiones Batareique truces.
Sil. Iam puer auricomæ perfomidate Bataro.
 Bebrycis *Val.* Bebrycis & Scythici procul inclementia sacri.
Sil. Possessus Baccho sæta Bebrycis in aula.
 Beryllus *Prud.* Hinc sibi Saphirum sociauerat inde Beryllum
Prop. Et solitum digito Beryllon adederat ignis.
 Bicolor *Virg.* Portat equus bicolor maculis.
Sidon. Flectis penniferos hederis bicoloribus armos
 Bithynus *Iuden.* Quanquam & Caspadoces faciant equitesque Bithyni
Idem. Donec Bythyno libeat vigilare tyranno.

dimetiendis recentior
 nominibus, aut alijs etia
 quæ minus trita sunt, la
 berior fui, vt in *Ludon-*
 & *Luduico*, | *Ludonifio* *Ca-*
balis, *Iapone* quadrifyllab
 Græca inflexione, *Lu-*
nardo, & si qua sunt alia
 quorū aliqua non igno
 rabam aliter ab alijs v
 rata esse. Versum vni
 cum Choriambicum Ma
 crocephalum volens fr
 ei, cum dixi: *Fenestris*
procaz omnibus infidez. In
 alijs carminum generi
 bus, in quibus maior li
 bertas est, eā, sed modice
 sum vsus. In trophæo
 Regis Poloniæ, quia fe
 ctum est carmen ad mo
 dos musicos, Ode secu
 da de industriâ lege so
 luta est, & ad musicæ
 genium accomodata, et
 placuit tamen eam me
 uere loco, vt neque Oc
 ad famam, quamuis no
 sit Horatiana Libro Ep
 don addidit Seazoni
 aliquod sine Lyricerum
 veterum aut recentior
 exemplo: sed neque mi
 suram carminis neque
 naturam ab Iambis v
 deo multum discrepare
 & si displicent inter Ly
 rica, tu silentium impe
 ra, silebunt. Plæraq; om
 nia fieri potuerunt aut
 diligentia, aut à tempo
 re meliora: sed placuit
 hanc tibi vicariam ope
 ram relinquere. In com
 mendandis æui instituta
 tiq; nostri hominibus me
 sapiusculè versatum esse
 quidam conquerentur,
 sed cum absit adulationis
 vt ratio, ita & suspicio,
 non poenitet hac in re
 paulo liberaliùs Horati
 exemplo & meopte inge
 nio peccasse. Inania
 poeticorum Deorum &
 nomina & mysteria, re
 liquumque Musarum
 mundum muliebrem ra
 rò adhibui: memineram
 quippe me Christianum
 Christianis hæc auribus
 canere: quibus placere
 magis existimo pietatem
 incultam, quàm cultum
 qualemcunque, qui ali
 quem

Blatero *Horat.* Blaterat hinc aries & pia balat ouis.
Auicn. Audit cum magno blateras clamore furisque.
Oud. Non profecturis littora bobus aras.
 Bobus *Aufon.* Æs veluti spirans cum bobus exagitas
Iuuen. — Cymbri nec Britones vnquam
 Britones *Mart.* Quam veteres brachæ Britonis pauperis & quam

C

Auicn. Carmanidis qua se pelagi procul inuehit vndas
Priscian. Vltcrius pergas si post Carmanida summam.
Mart. De Cathedra quoties surgit iam sæpe notauī,
 Cathedra *Prud.* Quam Paulus retinet, quamque Cathedra Petri
Lucret. Finibus in Cecropis funestos edidit ignes,
 Cecrops. *Ouid.* Virginibusque tribus gemino de Cecrope nates.
Hoyac. Posse linenda cedro & læui seruando cupresso
 Cedrus. *Virg.* Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.
Pers. In venerem putret, sed cum lapidosa chiragra.
 Chiragra *Mart.* Sed nihil patrono porrigit hæc chiragra est.
Virg. — iuuat indulgere choreis finis hexam.
 Choreia *Virg.* Pars pedibus plaudunt choreas & casinina dicunt.
Horat. Vincens aspiciet citraque carnis Phaleuc.
 Citra *Sidon.* Quos vltra citraque nequit consistere rectum
Aufon. Vindicem adulterij cum Clytemnestra necet
 Clytemn. *Iuuen.* Mane Clytemnestram nullus non vicus habebit
Ouid. Insequere & voti postea compos eris.
 Compos *Victor.* Tunc erit vt rerum compos & certa salutis.
Prud. Quæ condiderunt gentibus stultis deos. *Iamb.*
 Codider. *Priscian.* Hæc Di condiderunt, hæc Di quoque moenia sequant.
Horat. Hæc est conditio viuendi aiebat eoque
 Conditio *Maxim.* O quam durâ premit miseris conditio vitæ
Horat. Vatum diuitibus consecrat insulis
 Consecro *Alcim.* Te mox consecrat Christo. qui protinus ipsi
Manil. Contra iacet cancer patulam distentem in auram.
 Contra *Virg.* Contra non vlla est oleis cultura nec illa.
Ennius. Contudit crudelis hyemæ — — —
 Contudit *Mart.* Cornua Sarmatici ter perfida contudit Istri
Licent. Arcet amor copulamque tenet communis honesti
 Copula *Lucr.* Denique res auro argentum concopulat vna
Ouid. Mille meum leuibus cor est penetrabile telis
 Cor. *Ouid.* Gonfiteor misero molle cor esse mihi.
Claud. Mergit se subito vellitque Coralia Clotho
 Coralliū *Ouid.* Sic & Coralium, quo primum contigit auras
Horat. Cessisset magnâ compellans voce cuculum
 Cuculus *Philo.* Et cuculi cuculant — — —
Mart. Et credit cui Posthumilla diues *Palec.*
 Cui *Prud.* Sanguine pasta cui cedis aris *Dactyl.*
Horat. Cui properabantur tibi nempe
Ouid. Antiphate mores immansuetique Cyclopi
 Cyclops *Virg.* Ætnæi Cyclopes & huc aduertite mentem,
Horat. Sic te dira potens Cypri *Choriamb.*
 Cyprus *Mars.* Cum te Flacce mihi reddet Cytherecia Cypros
Maxim. Diligit & Florem Cypris vbique suum.
 Cypris *Capel.* Sic Cypris Oceani perfusus Sydere lymphis.
Horat. Nec Cypriæ Tyriæque merces *Dactyl.*
 Cyprius *Horat.* Nunquam dimoueas vel trahe Cypria *Choriamb.*
Virg. Parce metu Cythera manent immota tuorum
 Cytheræu *Ouid.* Mota Cytheræa leuiter mea tempora myrtho

D

Dare *Propert.* Iura dare statuas inter & arma mari
Mart. Et dare Campano toxica sæua mero.
 Dauidic. *Sedul.* Cur ego Dauidicis assuetus cantibus odas
Fortun. Rennuis an recolis, quæ canna Dauidica pangit
 Dederunt *Tibull.* Seruitium vt dederunt regna superba tibi
Virg. In casus omnes percussâ mente dederunt.

quem impietatis habeat colorem. Vale.

Composuit Despau-
 terius Grammaticæ Latinæ pulchras, & faciles Institutiones, quas multi contraxerunt, & reduxerunt ad regulas multò breuiores. Inter alios primum locum obtinere violetur Simon Verrepæus: cui sudpares etiam sunt alij. Liber quartus totus est de syllabarum quantitate: & Capite primo sub finem hæc communes ponuntur.

Prima syllaba communes.

Nomina quedam, maxime propria, non eandem perpetuò quantitatem retinent. Vnde primæ syllabæ in his ferè sunt ancipites.

Adamus, Britannus, Cacus, Cofyra, Cyane, Diana, Eous, Gradinus, Pachynus, Pituita.

Simon, Silenus, Strigilis. Sic *Sichans* apud Virgiliū. *Pyrene* pro monte.

Fidena, Curetes, Orion, apud alios Poetas primam interdum producant, interdum corripiunt. *Sicanus & Iralus* apud Virgiliū, *Arabs* apud Propertium primam naturam possident breuem: sed in Deriuatiuis *Sicania, Italia, Arabia,* eadem producantur; alioqui in heroicis carmen non venient.

Mediae communes

In his media communis est, *Aeneis, Batanus, Butyrum, Cyane, Cybele, Choreia, Malea, Sicanus,* sic *Orionis, Aegionis, Berycis, Syphacis, Davidis,* Communem habent penultimam.

Apulia, Oenotria, Euripides, Ionius, Sidonius, variant antepenultimam.

In *Calesacio, Frigefacio, Liquefacio, Madefacio, Tepesfacio,* &c. Vocalis breuis est & interdum longa.

In *Quotidie* prima *Catullus*

Destin. as	<i>Virgil.</i>	Composito rumpit vocem & me destinat ara
	<i>Iuven.</i>	Et domini gladiis iam destinata, sed olim.
Didymus	<i>Mart.</i>	Plus habuit Didymus plus Philomelus habet
	<i>Arator.</i>	Vulneribus sua membra probrans modo Didyme di-
Diffido	<i>Virg.</i>	Threicio regi cum iam diffideret armis (scis
	<i>Idem</i>	Diffidit & multa porrectum ostendit arenæ.
Dispar	<i>Horat.</i>	Vt matrona meretrici dispar erit æquo
	<i>Prud.</i>	Quidquid dispar habet cumulum discretio carpit
Doryclus	<i>Virg.</i>	— Ismarij conjux longæua Dorycli
	<i>Virg.</i>	Est Dorycli conjux diuina signa decoris
Duo	<i>Auson.</i>	Europamque Asiamque duo vel maxima terræ
	<i>Virg.</i>	Præterea duo nec tutâ mihi valle reperi

E

Ebusus	<i>Sil.</i>	Iamq; Ebusus Phoenissa mouet, mouet Artubus arma
	<i>Avien.</i>	Ac dilecta vaga pecori consurgit Ebusus
Ecclesia	<i>Victor.</i>	Cuius de manibus sumens Ecclesia corpus
	<i>Sedul.</i>	Ecclesiam pulchro Christus sibi iunxit amore
Edom	<i>Fortun.</i>	Qui venit de Edom, de Bosra veste cruenta
	<i>Paulin.</i>	Esto memor tum prolis Edom, vt versa vice nostrum
De declinationibus aliquid dixi, ubi de disyllabis. In prima declinatione A nominativi, & vocativi Latini est brevis: vocativi Græci & ablativi Latini longa. O fere indifferens est: excipiuntur enim monosyllaba longa vt *sto*. [*Do* est adhuc indifferens] etiam dativi, ablativi, & aduerbia à nominibus orta. vt *Dominò*, eò idè, &c. Habent vltimam brevem *Cito*, *immo*, *modo*, *postmodo*, *dummodo*, *quomodo*, *scio*, *nescio*, *duo*. Habent indifferentem *Iber*, *Celtiber*, *Carve*, *mihi*, *tibi*, *sibi*, *ibi*, *vbi*. [*Cui* monosyll. est longum: & disyllabum habet primam brevem & alteram indifferentem.]

Hæc volui ponere, vt Metrophilus curiosus Authorum Hispanorum, quibus olim vtebar, & Germanorum, quibus nunc vtor, concordiam aut etiam differentiam percipiat: & vt copiosiores ancipitum syllabarum favissas possit congerere, vt facilius labyrinthos conformet.

MONITVM

Ex Tychone.

☞ CXLIV.

Tycho Bræhus eximius Astronomus, & Poeta laudatus & laureatus, voluit ostendere Uranien, & Cælo præsidere, & Parnasso. Interim nonnulla aliter posuit, quàm solennus. Nomen *Axis* sic variat.

Avis: *Axis*, *Axi*, *Axis*, *Axis*, ab *Axi*. *Oryx*: *orycis*, *oricis*. &c. pro *origis* Thyllæ pro *Thule* græcè *Θύλη* *adamantina*, pro *adamantina* *Mētior*, *metiris*, pro *metior*.

Hæc fortè aliquis in gratiam Tychonis admittet imò jam de facto admisit Dom. Ioann. Hodier-

na, celeber Astronomus & Mathematicus, quæ à Tychone abiret, eius etiam dialectum imitantem *axim* dixit, non *axem*, &c. at Nicolaus Raimartus versus Dithmarus *lib. de Astronomicis Hypothesibus* durè carpit; nam in carmine, quod in novis suorum Zoilorum Grammaticam cecinit, imitatoria, quæ Politicam & modestiam offendunt hæc habet.

Intereâ esto aliâ atque aliud certamen in arte:

Arteque Grammatica, scilicet arte rudi.

Hæus puer ex imâ, declina hæc nomina, classe:

Axis, is, i, em, e; non in? nec et i? minime &c.

Nonne axin propriam dicis velut ille Heliseus? (A)

Non: axem proprium, Regula vt ista iubet:

Conueniat Genere, & Casu cum Nomine Nomen:

Doctor vt ignoret tam puerile, scelus?

Non vnum vniciū ais, nec Aquinates loco Aquinæ:

Quis tam Barbarus est qui hæc ait, ipse Tycho. (B)

Ipsè Tycho Astronomus, vel Princeps Astronomorum:

Summus is Astronomus, Grammaticusque malus.

Nonne Studiorū ais, postscriptum: ego nescio quid

Museum, appendix, dicere forte velis. (C)

Non licet est dicis? minime: sed dico licet sit: (D)

Quomodo oryx? oryx is non oricis? minime.

Est igitur crassi sic declinare beani, (E)

Axis, is, in: Orix, unde oricis, pro oryx is.

Littera longa brevis fit ne *ωμάγια* fit nec *ε̄ η̄ ᾱ*

Pelican ossa, simul Tyle nigra gelu. (F)

Quot vitia in Tyle voce vnica? at vltima Thule

Summus ait vates nomine Virgilius.

E brevia; at primæ produc *ε̄* nomina quinta.

At quæ Tycho tibi flexio Tyle facit? &c.

Pro Thule tibi Tyle Tycho: notabile nomen,

Quam malè tu dicis, tam malè scribis idem.

Colchis flagrantes adamantina sub iuga tauros

Egit & armigera prælia sev it humo.

Quis Martè tunicâ tectumve adamantina ad

Scripserit? alter ait: hos imitare Tycho. (guè?)

At tu lege tuâ quâ nescio liberâ abuti

Marvis, & risu carmina digna facis.

Daniaq; æquoreas quamvis semota per vnda

Tecum adamantinam fixit amicitiam. (H)

Obque bonum Rithmum debes confundere *Verfian*:

Ergo Adamantinam dicis amicitiam

Huius in immenso spatium metiaris Olympe

At contra vates metior omnis ait. (K)

Si modò ritè memor servata remetiō astra: (L)

Metire Astra Tycho, ne metiaris ea.

Metiri se quèq; suo modulo ac pede verū est.

Tycho etiam modulo tu metiare tuo.

Cur metiaris ais: cur syllaba longa brevis fit?

Admirandus inest huic modulo modulus.

Qualis Grammaticus, talis quoque es arte poeta:

Arte poeta miser, Grammaticusque malus.

Declinas miserè, miserè modularis, & artem

Negligis, & risus posteritatis eris.

Ecce Mathematicum, vel principem & Astronomorum

Distat Grammaticam, deinde Mathematicam.

Quis numerare potest alio excipienda carbinno?

Dignaque vel ferulis quis numerare potest?

Innumeros alios errores ergo relinquo:

Quos inculta satis scripta Tychonis habent.

Hac vice sufficiat tantū leviora notasse

Errata: addidero sed graviora brevi. &c.

Vt videant faciam nec cum didicisse Marbestin:

Mecanicæ

Mechanicè summus sit licet Astronomus.

*Qualis at Astronomus : geminis caret artibus, alas
Quas vocat astronomi maximus ipse Plato. (N)
Ipse Geometricen, nec artem caller Arithmi,
Euclidem ignorat, nec Diophantus adest. &c.*

(A) Helisæus Ræslin in Theoria nova. F. 4. & G. 1. (B) Tycho Brahus Epistol. Astronom. pagin. 117. 203. & passim alibi (C) ex epist. obliq. vi. & quidem nescio quo iure carpatur vox [Postscriptum,] quæ hodie Latine scribentibus communis est, & ponitur ubi ab Hispanis dicitur [Despus de haver escrito esta carta, se me ofrece avisaros, que Fulano,] &c. (E) epistol. pag. 212. vide Columellam libr. 10. (F) Tyle [— . epist. pag. 106 & 109. dixit Tycho. nec mirum Y. posuerit. & non V. ut proprius vocem Græcam exprimeret : mirum autem E. corripuerit, cum sit [eta.] (G) Propertius. (H) Horatius. (I) Tycho. (K) De nova Stella anni 1572. (L) Virgilius. (M) Horatius. (N) Alz Astronomiz.

Hæc est dura & hostilis de studijs Tychonis ab Vrso Dithmarso publicata censura; mitius Petrus Gassendus in eius vitâ lib. 6. pag. 181. *Post- fin, ait, totâ vitâ coluit. Id scilicet probant, quæ varia eius carmina interiecimur: in quibus cùm bona, cùm mala, cùm mediocria sint (& præter alia quidem, nonnulla, in quibus videtur non satis accuratè syllabarum quantitas observari) intelligi licet fuisse cum illa natura potius genio, & oblectandi animi causâ, quàm contentione animi, famæ-ve aucupanda gratiâ. &c.* Ego Tychonem amo; nihil iudico; sed omnia iudicio mei Lectoris committo.

Vt dicta omnia (Lector candide) profundius, & melius intelligas, *Epistolam sequentem, quæ utilis esse potest, si attentè legatur adijungo.*

Brevi epistolio, Illustrissime Iuvenis, multa perquiris, quæ paucis resolvi nō possunt; & quia multa non vacat scribere, tangam aliqua tantum, quæ alibi vberius & exactius pertracto. Et quia iterum & iterum *an omnes longæ vocales inter se, & omnes breves inter se sint æquales*; interrogas, hanc quæstionem breviter dilucidabo.

Nonnulli syllabas in Breves, Longas, & Medias dividunt; & existimant hās quas nominamus *incipites*, medias esse. Illas his notis exprimunt.



Brevis Media Longa.

Prima vnum tempus occupat, duo tertia; secunda verò sesquitempus. Syllabas medias aut *incipites*, dicunt, non ingredi in carmen quæ tales; sed attemperari loco & tempori, ita ut ubi id ratio carminis postulet, sint breves; & alias producantur.

Alii aliter philosophantur, syllabas enim in longas brevesque primaria divisione intercidunt; & postea illas in longas & longiores, istas in breves & breviores subdividunt.

Hebræi vocales suas in tres classes distribuunt; alia enim longæ sunt, alia breves, alia correptæ seu brevissimæ. Ad classem priorem pertinent.

- A. longum. Kametz.
- E. longum. Tzere.
- I. longum. Chirek.
- O. longum. Cholem.
- V. longum. Schurek.

Ad secundam verò.

- A. breve. Pathach.
- I. breve. Segol.
- I. breve. Chirek brev.
- O. breve. Kametz Chatuph.
- V. breve. Kibbutz.

Ad tertiam tandem.

- A. corr. Chateph pathac.
- E. corr. Chateph segol.
- O. corr. Chateph Kametz.

In pronuntiatione horum punctorum non conveniunt. Primum Itali vocant *Kametz*, Germani *Kometz*, & alij *Kaometz*; illud enim in Italiâ est A, in Germaniâ O. in Hispaniâ & alibi vocalis inter A. & O. sonans *Pathach* apud omnes est A.

Buxtorfius *Tzere* jubet esse E. claram, *Segol* E. obscuram, quasi ex A, mistam. Hallucinatur. A, est clarior, quàm E, & vocalis mista ex A, & E, erit clarior, quàm pura E. Ideo melius & alij *Tzere* esse obscuram, & *Segol* esse claram contendunt. Et primæ Græcorum literam η. & secundæ literam ε. correspondere statuunt.

Chirek ubique profertur eodem modo.

Cholem est O. obscura, ut ω; *Kametz chatuph* clara, ut ο.

Schurek est ut Græcorem ς; hoc est, V. clara, mista ex O; *Kibbutz* est V. obscura, & profunda. Hanc esse Græcorum Y. putat Buxtorfius; at non acquiesco; quia Y. sonat inter I. & V. & *Kibbutz* est V. profunda, qualem Lusitani aut etiam Germani pronuntiant.

Vocales correptæ proferuntur ut breves, sed correptius & citius. Sanè *Kametz chatuph*, & *Chateph Kametz*, non differunt figurâ, sed usu, adeoque valore, ut viri eruditi notarunt.

Ecce apud Hebræos, quidquid de longis sit, breves syllabæ non sunt æquales. Longas non esse æquales inter se, in lingua etiam Græcâ, & Latinâ relucet: nam Græcis η & ω semper longæ sunt, & ε & ο breves. Inter alia diphthongos sunt ηυ, ωυ, quas improprias vocant: & quis dubitet illas esse longiores, monophthongis ηω? Positio etiam brevem syllabam in longam vertit: ergo longam convertet in longiorem. Vocem *ἰσαχυριστος* (hoc est, *satis*) considera. Prima syllaba ε secundum se considerata est brevis; sed positione (sequitur enim ξ litera duplex) fit longa: ergo ς longa, positione (sequuntur enim duæ consonæ) erit longior. id ipsum Idioma Latinum confirmat: nam in vocibus *Præ*, *Præcirro*, *Præscindo*, semper æ longa est: at in secundâ longior, quàm in primâ; & in tertiâ longior, quàm

quàm in primâ : & in tertia longior , quàm in secunda . Hoc etiam longarum discrimen in vocibus *E*, *Ex*, *Edico*, *Effero*, *Exagita*, *Expono*, *Extraho*, *Exscribo*. &c. euidenter percipitur: est enim longior *Ex*, quàm *E*. Et prima syllaba est in *Edico* longa, in *effero* & *exagito*, longior ob duas consonantes sequentes . Ergo adhuc longior erit in *expono*, adhuc longior in *extraho*, adhuc longior in *exscribo*; tres enim, quatuor, & quinque consonantes sequuntur . Sicut alie syllabae alijs longiores sunt, sic alie alijs breviores . Vocalis longa, si altera vocalis immediatè sequatur, aliquando corripitur : ergo brevis fiet brevior . Has duas voces *Præfero*, *Prægo*, cum his duabus *Refero*, *Reago* compone : nam, si *Præ*, quæ longa erat in *Præfero*, est brevis in *Prægo*; dicendū consequenter est, *Re*, quæ erat brevis in *Refero*, in *Rego* breviorē reddi . Præterea ; in his tribus vocibus, *Repono*, *Reclamo*, *Respondeo*, varia est quantitas syllabae *Re* : nam in prima est brevis, longa in ultimâ, & in mediâ, dum longior breui, & brevior longâ creditur, censetur ambigua & indifferens .

Hæc omnia vera sunt, Illustrissime Ildori ; at ipsa in speculatione se continent, & proxim non videntur concernere : fuerunt enim ab antiquis ignorata aut neglecta : & siquidem illi nec longas à longioribus, nec breves à brevioribus, in carminum suorum concinatione distinxerunt; nec nos, qui illos imitando, carmina modulamur, poterimus illas distinguere . Interim hæc tibi notitia, si non in Metricis aut Metametricis, in Grammatica Audaci, & Philosophia Grammaticè tradita prodesse poterit .
Vale.

De controuersis syllabis .

¶ CXLV.

P. IOANNES Baptista Ricciolius, vir in omnibus materijs magnus, quia Vrania Musa Parnassi est, ita voluit Cælos metiri, vt et artem Poeticam promoveret . Profodiam Reformatam publicavit, in cuius secundo Tomo Indicem copiosissimum syllabarum controversarum inuenio .

An idem est syllabam esse controversam, & indifferentem? Si vocum rigori constemus, diuersum est: aliud enim est rem esse ambiguam & incertam, aliud liberam, & indifferentem . Rem liberam dicimus, quando omnes Authores in ipsâ rei libertate conveniunt, & nemo aliter aut aliter operantem condemnat : rem verò ambiguam, & incertam, quæ oppositis iudicijs obnoxia, quam si hoc vel illo modo facias, reprehensores & approbatores inuenias . Talia in Ethicis frequenter occurrunt . Audis feriali die vnum sacrum ab elevatione ad finem, alterum ab initio ad elevationem ; nemo reprehendet . Et, si dicas, te integrum sacrum audivisse, nemo contradicet, quia in materia liberâ, quæ meram devotionem concernit, major vnitas & integritas non videtur requiri : quod si id die festo feceris ; & vtrum præcepto satisfeceris, roges ;

respondebo, *Theologi certant, & adhuc sub iudicio est*. Sunt enim plurimi, qui te præcepto fatiscisse dicent : plurimi, qui negabunt : & dum inter se disputant, neutrum est certum . Sic milititer in Metricis, sunt syllabæ indifferentes, quæ, quæ in omnium sunt sententiâ ancipites : aut vocalis ante mutam & liquidam, in vocibus *Atlas*, *Patres*, *Tenebre*, *Athleta Aprilis*, &c. illas corripias, aut producas à nemine reprehendi poteris : at sunt alie, in quibus non conveniunt Authores, sicut in vocali natura brevi quæ priorem dictionem claudit, si posterior à duplici consona incipiat, vt patet in hoc versu de Luna deliquio .

Turba stridebat, sed Luna stabat in umbrâ .

nam voces *Turba*, & *Luna* habebunt ultimam brevem Academicis vulgi sententiâ : longam verò Christophori Helvici, Conradi Bachmanni, Scaligeri, Friderici Taubmanni, & Iamii Gruteri iudicio : quorum ultimus tam certò possit produci putat, vt iubeat hoc ipsum à Magistris doceri .

Hæc est rigori stando Indifferentium, & Controversarum differentia; sed quia multi has duas classes syllabarum confundunt, sufficiat tibi res scire, at poteris cum cæteris loqui . Interim hac Appendice premitam Epistolam de sanctissimi nominis IESV syllabis, & earum quantitate differentem : & postea addam syllabarum controversarum Indicem ex P. Ioannè Baptista Ricciolio, in quo multas purè indifferentes reperies .

¶ CXLV.

EPISTOLA

De dulcissimo nomine IESVS
Quot syllabas, & quantas habeat

G Ræcè scribitur $\text{P E } \Sigma \text{ OY } \Sigma$: & potest esse trisyllabum, disyllabumque . Quæ est trisyllabum, prima litera vocalis est, & sic dixit Virgilius ,

Iulius à magno dimissum nomen Iulo .

possemus & nos etiam dicere .

Terrivolis charites dulcis concedit IESVS .

Si illud I sit consonans, nomen erit disyllabum, vt si humillimo corde dicamus .

Gloria laus & honos Tibi fit dulcissime IESV .

Disyllabum aut trisyllabum sit, supponis Florentunde doctissime syllabam penultimam esse longam, & inquiris ; Quanta sit vltima? An debeat produci vel corripri? Laudo curiositatem : & vt piè respondere etiam possim vltimos cancellos Metricæ brevi quâdam digressionem percurram, & ita tuam mentem studiosam instituiam, vt & devotam voluntatem in huius dulcissimi nominis amore, & veneratione succendam . Respondeo igitur, Eum, qui syllabam posteriorem producat, à nemine posse reprehendi . Sed, quid fiet corripienti? Illum audacè damnari video à multis; sed hanc esse iustam sententiam à nemine video probari . Ab etymologicis argumenta resumunt : est enim Græca vox, Latine donata ; & cum idè debemus more Græcorum metiri

metiri qui enim nobis dicitur IESVS, Græcis est Ergo hæc vox Trochæa non est, sed Spō-dea. Sic illi. At doctius alij contra, argumen-tum retorquent. Esto, inquit, Græca vox, Latio donata. Ergo frui debet privilegij, quibus voces Latinæ. At quæ in sensum cadunt (aut clarius: quæ ad quartam declinationem pertinent) corripiuntur in recto: ergo quidquid de voce Græca sit, vox IESVS apud Latinos Trochæa est.

Hæc doctrina rata videtur apud doctos; nam Calvinistæ Galli calumnias non paucas in Socie-tatis viros invectivis elegis complexi sunt; & licet eas supponerent à millenis viris eruditis le-gendas, voce IESVS sunt vsi, iuxta secundam opinionem. Boarunt sic.

Presbyteri à socio, geritis qui nomen IESV,

Dispercam si vos IESVS amare potest.

Hanc insulsum calumniam, hoc temerarium votum, exclamationem hanc insanam retundit Clarus Bonarcfius (anagrammaticos Carolus Scribanus) Amphitheatri honoris lib. 3. pag. 286 istis eruditis carminibus, in quibus etiam IESVS ultimam brevem habet. Spongia, quæ vititur Bonarcfius numeris Phaleucis procurrit in qui-bus etiam vox ipsissima secundam corripit. Ver-sus sunt lectione dignissimi; illos subiungo.

— —υ —υ —υ —υ —υ. Phaleucii.

Tu qui nos sale putido iocorum
 Perficare studes, salax poeta,
 Quid iuvat tumidis latrare buccis,
 SI VOS IESVS amet, volo perire?
 An illud Nemesin putas latere?
 Inferni Nemesin DEI ὠταονυκην
 Quid ni IESVS amet sibi tenaci
 Votorum laqueo pallam illigatos?
 Quid ni IESVS amet, quibus voluptas
 Illum Anthropophage intulisse genti?
 Quid ni IESVS amet tibi perosus?
 Cui odisse bonos venus nefanda est?
 Quid iuvat tumidis latrare buccis,
 SI VOS IESVS amet, volo perire?
 In promptu ratio est procacitatis;
 Iam gratis tibi peierare fas est:
 Nam olim stirpitis, o miser, peristi.
 Abiurata tibi est fides auorum;
 Mens turpi scelerum situ fatiscit;
 Ex quo non puduis suprare matrem
 Errorum illuie improba & nefanda
 Quare, ni celer orbitam relinquo,
 Has ego melius preces paciscar;
 (Audite o superi, inferique manes!)
 SI TE IESVS amet volo perire.

Numen)	(ovans.			12
Nomen			habens.			12
Lumen			avens.			24
Nectar			agens.			12
Cramerz)	(olens.			12
Syduz			hic est.			144
Christus)	(adest.			
Iesus			ibi est.			
Matris			amor.			
Sponsus			amans.			
Gnatus)	(honor.			
Sol ubi)	((inest.			

Dant Hemistichium Dactylicum, quod legitur modis 144. Pater igitur Nicolaus 144^{tes} in hoc Pegmate brevi, ultimam dulcissimi nominis syl-labam abbreviavit. Scio etiam apud alios eam-dem syllabam corripere, sed hos adduxisse sufficiat.

Nec caret mysterio huius syllabæ brevitatis, nam Verbum abbreviatum Christus est; & cum Notariis iterum abbreviatur, priores literas ex Alphabeto Græco sumit, & ultimam ex Abecedario Latino; nam ut docte notat D. Petrus Fræciscus Passerinus in aureo illo libello, cui à sche-diasmatis nomen, pag. 291. in quâ Mysticâ Pru-dentij figuram devotè & prudenter exponit; nomina IESVS & CHRISTVS per compendiu, & abbreviationem transeunt in IHS & XPS in qui-bus duæ literæ priores Græcæ sunt, & Latina pos-terior; quod licet mirum videatur Adolpho MeKercho de Lingua Græcæ veteri pronun-ciatione capite xxxiv. verum est; sigma enim apud Græcos non ita (S) sed ita (Σ) confor-matur.

Et cur, quæso, Notarij illas ipsas dictiones, quas characteribus Græcis aperit, Latinis clau-dunt? Ut Intellectum Voluntatemque instituat. Nempe illum, insinuando, priorem horum no-minum syllabam more Græco, secundamque more Latino mensurari debere. Nempe hanc, significando debere nomen Domini nostri Iesu-Christi ab orbe Græco vsque ad Latinum, hoc est, à Mundo Orientali ad Occidentalem propagari, quo forte respexit Prudentius, cum dixit.

A Solis ortus cardine
 Ad vsque terræ limitem
 Christum canemus Principem
 Natum Mariæ Virgine.

Est Societas quam impugnandam Calvinista, quam Bonarcfius propugnandam suscepit, Reli-gio sanctissima & doctissima; magno Romanæ Ecclesiæ bono à Spiritu Sancto instituta; tempore difficillimo nata; per magnas tribulationes & miseras promota; multo Martyrum sanguine rigata, & numeroso miraculorum firmamento munita; quæ omnia nullo modo concurrerent, si illam IESVS, cui consecratur, non amaret. Lege attente istos Elegos.

Vidit ut IgnatI sobolem devota Thalia,
 Movit in hos numeros pectine fila lyre.

IESVS adest. Pietas, sanguis, doctrina resurgent?
 Signa DEV M nosco per sua; IESVS adest.

Porro etiam alij ultimam huius sanctissimi nominis syllabam brevem esse voluerunt; sed quia loci non occurrunt, non est ut expressè al-legentur.

Hos nuper sequutus est R. P. Nicolaus Lu-censis Capucinus, in suâ Marianâ Cynosurâ, quam dabit Apollo circularis inferius. Est Poë-ta celebris, & multorum Labyrinthorum Au-thor, qui cum admiratione leguntur. Confide-ra sequentes numeros.

*Hæretico pietas armato opponit Incremem ,
Et tamen hæc debet vincere? IESVS adest .
Laurea martyrii procerum tot sanguine tincta ,
Ante diem redimit tempora? IESVS adest .
Doctrina illustrat duplicis discrimina Solis
Lumine, vel potius fulmine? IESVS adest .
Ergo hæc Relligio, quidquid Calvine reponas ,
A dulci IESV nomine , Numen habet .*

Ausus in illis etiam sui vocis *IESVS* ultimam abbreviare, vt nostri numeri prioribus corresponderent. Alij etiam eandem syllabam corripuere. Rabanus Maurus, Benedictinus, Archiepiscopus Moguntinus, in Figurâ XXVII. cecinit .

Si do te tibi metra sono, bis te Iesus in odis .

Et Si do nisus ei, & si honos artem ibit & odis .

At in recurſu honos habet primam longam, quod cæteris Poëtis (antiquis & junioribus) displicet.

Ioannes Alstedius in Encyclopædiâ (quæ est absolutissimum, & eruditissimum opus) vbi de retrogrado carmine, producit Distichum ad Christum, quod insigne esse dicit. Eius mihi prodest Pentameterum .

IESVS ei in sis, sis vt IESVS ei .

In quo iterum, iterumque vltima vocis *IESVS* corripitur .

Et hîc, mi Florimunde, non soli curiositati omnia, sed aliquid demus etiam pietati. Primâ ergo quæstione resoluta, alteram proponamus. Interrogo, *Cur producitur à Græcis syllaba, quam Latini corripimus? Cur idem sanctissimum nomen diuerso ab illis, & ab istis accentu, ac diuersâ mensurâ profertur?* Respondeo, totum Oceanum capi non posse vrccolo, sed posse nihilominus Oceani partem. Et quia Christi virtutes immensum Oceanum perfectionum constituunt, quia omnes simul non possumus, nominibus velut vrccolis earum partem haurimus, concipimus, & representamus. Et quia inter præcipuas Christi prærogativas, Maiestas, & humilitas est, illam videtur nomen *Ἰησους*, ab oculos ponere apud Græcos; nomen *IESVS* istam apud Romanos. Est ergo *IESVS* simul magnus & parvus, longus & breuis, augustus & angustus, latus & strictus, altus & humilis, productus & correptus, circumflexus, & gravis .

De Christi Magnitudine seu Maiestate multa Diuinæ Litteræ: multa Scholasticæ: me iuvat Angelica vox, quam proderit studiosè auscultare. Gabriel Paronymphus Empyreus, Angelorum Reginam sic affatur. *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ἰησους, &c. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* Et Bernardus (super Misus est Homilia III. num. 12.) *Verè magnus, qui Filius Altissimi merebitur appellari. An non magnus cuius magnitudinis non est finis? Et quis magnus, ait, (Psalm. 112. a) sicut Deus noster? Plane magnus: qui tam magnus, quam altissimus: quia & ipse Altissimus.*

De Christi Humilitate seu Paruitate, multa etiam in Libris antiquis & nouis. Verbum æternum apud Paulum semetipsum exinanivit formam serui accipiens; & quod ab æterno fuerat immensum, esse voluit in tempore abbreviatum. Ad rem & mentem meam Guericus Abbas (Ser-

mone v, de Natiuitate num. 4.) [O fratres piè ac diligenter intendamus huic verbo quod Dominus fecit hodiè, & ostendit nobis; quod quamque facile possemus ab ipso perdocere. Verbum siquidem breuiatum est; ita tamen in eo consummatum sit omne verbum, quod salutem est, quod nimirum verbum consummum & abbrevians in æquitate ipsum est. Et hæc summatio abbreviata inundauit iustitiam .

sicut promissum meministis per Isaiam: quod de sua plenitudine in participes suos redundauit iustitiam, vt abundet iustitiam ipsorum, plusquam & Phariseorum, & Scribarum: licet illi per tam multiplices se exercitent iustificationem legis, isti autem breui, ac simplici contenti in verbo fidei. Sed quid mirum, si omnia verba sua nobis Verbum Dei breuiavit? quando & ipsum breuiari & quodammodo minui voluit adeò vt de incomprehensibili immensitate sua ad angustias vteri quodammodo se contraxerit; &c.]

Hæc & plura reccurrunt de Christi Domini magnitudine & paruitate: & dum alijs illam nunciantibus dicitur *Iesus*, alijs istam adorantibus *Iesus*: nobis, qui has duas summas virtutes separare non volumus, *Iesus* dicatur, & quia testatur Platone nomina sunt quædam breues definitiua rerum, Christus Dominus vocatur *Iesus*, quod eam nimirum causam quam dilucidat Angelus Iosepho enim timenti & titubanti (Matth. c. 18.) ait: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in eâ natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

In Sanctissimo hoc nomine duas syllabas reperio: nimirum *η* & *υ*: illam simplicem; istam compositam: illam obscuram, istam claram. Nam *η*, *Eta* est vocalis obscura: *ο* Omicron, & *Υpsilon*, & diphthongus ex illis coalescens, summe vocales tenues, exiles, claræ. Illam longam, tantummodò, istam simul longam & breuiam. Nam *η* *Eta* vbicumque producitur, & *υ* finale quod apud Grecos longum est, apud Latinos solet corripì .

Porrò, Lector Pientissime, hæc duæ syllabæ duas nobis Christi generationes representant: æternam videlicet & temporaneam. Longa est illa; nam æternitas est quoddam infinitum instans, initio & fine carens. Est obscura, nam soli Deo perfectè nota, vnde Isaias, *Generationem eius, quis enarrabit?* est simplex, quia Diuina: Deus enim caret compositione. Hæc est tam clara, vt manibus palpari possit: quippe quæ est, Dei visibilis & audibilis, aut etiam palpabilis. Antistes Guericus (vbi supra) *In Cælo verbum illud horribili altitudine suâ Angelicas virtutes stupefacit, in præsepi simplices & habetes pascit. Ibi subtilissimis Angelorum intellectibus imperscrutabile, hîc etiam obtusis hominum sensibus palpabile. Quia enim Deus non poterat loqui nobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus; Verbum eius factum est caro, vt non solum audire, sed & videre posset omnis caro, quod os Domini loquutum est.* Est syllaba secunda composita; nam ad humanitatem terminatur, quæ ex materiâ & formâ, seu corpore & animâ coalescit. Est simul lon-

ga & b
supra r
quia i
morta
a mor
de Pau
tue, mo
No
fime
inim
basè
& nu
tum
cum
colu

I
lau
vo
tro
&
ful
cit

I

ga & brevis brevis, quia concernit corpus, quod supra trigessimum vixit tertium annum: longa, quia isti mortali corpori vniuit animam immortalem, propter quam illud esset excitandum à mortuis, & postea aeternum regnaturum. Vnde Paulus, *Christus resurgens ex mortuis iam non mortuae, mors illi ultra non dominabitur.*

Non progredior ulterius, Florimunde doctissime; nam Sacrosanctum nomen Iesu suggerit infinitam materiam, quam nobis sufficiat delibasse. Dedi etymon: syllabarum differentiam & numerum: nec non accentuum & quantitatum causas: modo his literis finem impono, eundem ipsum implorans, vt te saluum, & incolumem conferuet multis annis.

☞ CXLVI.

Inter alios Authores, qui de Profodiâ scripserunt, P. Ioannes Baptista Ricciolius magnam laudem meretur. Edidit *Reformatam* (sic illam vocat) in qua Index secundus syllabarum controuersarum est. Est Liber impressus Bononiæ, & vbiq; inuenitur, & ideò nomen proposuisse sufficiat: illum adeat Lector, & summopere eiusdem lectione iuuabitur.

De æquiuis, & quasi æquiuis, quæ cum significatione variant quantitatem.

☞ CXLVII.

Homonymia vel calamū vel linguam respicit: primo modo erunt æquiuis omnes voces, quæ eodem modo scribuntur, si diuerso proferrantur, vt *Occidens*, & *Occidens*: nam, si deriuetur à *cado*, habet secundam breuem & accentum acutum in primâ: si à *cædo*, habet secundam longam accentu præditam. Secundo modo ratio habetur accentus, quo ad aliam syllabam translato pronuntiatio alteratur. [*Accentus* nomine acutum intelligo, qui apud Latinos scribatur aut non, afficit penultimam longam; & si hæc breuis sit, recurrit ad antepenultimam] Huc pertinent *Acer* subst. nomen arboris: et *Acer*, *cris*, & *cre*, adject. & alia. Quasi æquiuis dictiones illæ sunt, in quibus vel adspiratio additur, vel duplicatur litera, vel diphthongus accedit, vel I. in Y. mutatur, vt *Amo* & *Hamo*: *Ortus* & *Hortus*: &c. *Angelus* & *Angellus* dimin. ab *Angulo*. *Calidus* & *Callidus*, &c. *Cedo*. & *Cado*, *Cælum* & *Calum*. &c. *Mista* à *misceo*, & *Mysta*. &c. [Inter quasi æquiuis ponuntur à Ricciolio *Anas* fluuius & *Anas* auis: *Apis* Ægyptiorum idolum, & *Apis* animal insectum, quæ ego esse purè æquiuis iudico.]

Hæc varietas quantitatis simul & significationis addit carmini gratiam, vt in sequentibus numeris videre est.

Venimus alme Pater Romam, Pater alme venimus. Eos ambiguo lumine turbat eos.

Primus versus est retrogradus, & in ipso vox *Venimus*, si versum aperiat; dactylo; si claudat, amphibrachio respondet. Secundus habet vocem *Eos*; qui in initio est *εωσ*, & Ionice *ηωσ*, *Aurora*: [vnde *εωσ*, & *ηωσ*. *Eōus*.] in fine *eos*, hoc est, illos.

His ergo præmissis. Indicem tertium Ricciolij interlege, aut saltem sequentia Carmina memoria manda: dābunt enim & varias æquiuisorum significationes; & sub singulis quantitatum diuersitates.

A

Abbatia mihi locus est; Abbatia minus. Abiecit à *siindo*; ast à *cædo* abiecit obortū est. *Docta* Academia locus est; Academia secta. *Torpor* accidia est, sed accidia negligit abtus. *Sternitur* arbor acer. fueris si viribus acer. *Est adama* verbum; sed terræ nomen Adama. *Eua* non adamo pomum, quod porxit Adamo. *Rege* adito, vt faueant, proceres quoque Regis adito. *Ver* dudum aduenit. post quod mox aduenit æstas. *Exul* agar procul in desertum ancillula vt Agar. *Campus* ager. terræ cumulus sed dicitur agger. *Vt bene* corpus alas. gallina vesceris alis, *Esca* alitis volucres. vt alemini ab alitis esca. *Alea* fors & ludus; Alea vrbs Arcade terræ. *Lucrum* amo, proin captis non vescor piscibus hamo. *Vrbs* Amathus in qua Veneris regnavit amatus. *Ambitus* haud opus est merito, si ambitus bonore es. *Ames* erit tibi, si quid ames. hinc retia tende. *Limpidus* amnis Anas, anas hoc natat amne libenter, *Ante* femineum nomen fuit ante celebre. *Antea* vrbs fuit antea. & extat vix modò nomen. *Vino* parcat anus; nisi forte est stipticus anus. *Mellis* apis fabrifex *Idolum* Mempheos Apis. *Bobus* aras terram, quos post mactabis ad aras. *Litora* ne quis aret, terra instar pulueris aret. *Inconsulto* Arato; nec arato, nec serito agros. *Persidis* Arbela vrbs; Siculum fuit Arbela quondam. *Vtque* Asia est regio; sic Asia nympa palusque, *Inde* est flumen Atys; puer hinc Cybeleus Atys. *Ergo* aue dulcis aue: tuque ò matertera salue: *Tuque* auia indulge si forte per auia ducor.

B

Dant bombycini somni bombycina fila.

C

Caligas oculis. caligas dum queris in umbris. *Grandi* voce calo te calo, & vix tamen audis. *Vx* canis est, qui non sit canis dentibus, vsquam. *Dulce* canet cygnus moriens, quia corpore canet. *Quo* tumulto Mausole cares, hunc Cares habebant. *Caro* emitur caro claudatur si forte macellum. *Ite* caui lintres mihi dudum a flumine caui. *Tu* cedo mi clauas; ego cætera querere cedo. *Digna* arbor cerasus, Cerasus huic nomina fecit. *Cerites* gemmas imitamur cerite cera. *Herba* cera est. sed cera fauis fundamina præbet. *Antiquus* Chaos; Chaos est confusio prisca. *Astra* inter chelys est: calo hæret Scorpio chelis. *Cis* ad bella, tulit quos Gallia nostra cis Alpes. *Claros* exhibuit Claros insula Appollini honores.

Inde fuit Clarius, nec clarius ullibi fulsit.
Qui saccis vinum colat, colat ordine vitem.
Nendo colum vacnas, colum vacuando repurgas.
In mensa haud comedit, ientacula qui vnte comedit.
Tu comes esto mihi, crinemque hoc pestine comes.
Concitus à cieo; concitus at à cio manat;
Confidet à sedeo: fido confidere fecit.
Conditio à condo est, & conditor omneque tale:
Conditor verò, & conditio condio gignit.
Vrbem intrabo Coram; loquar ut cum principe coram.
Corus ut est ventus: corus est mensura vel annis.
Rex Coriti est Coritus; coritus at ipsa phætra.
Ipse Crates sapiens, in paupere crate iacebat.
Vir Creatus. Græca quondam de stirpe creatus.
Ponti annis Creta; creta argilla; vrbs insula Creta.
Noxia si cupitis, satius caruisse cupitis.
Bacche tibi Cytheron sacer est; tibi Phæbe Cythæron

D

Istricolæ Daci; Scythiæ sunt Bactra Dacæque.
Hoc damus antiquis; quos inter nomine Damus.
Danus gentile est nomen: proprium Danus esto.
Hunc decorant homines quem vestimenta decorant.
Fons decus est decoris; decor est insigne decoris.]
Aurum cui dedimus, statuam nunc dedimus auream.
Dedere cor Diuis par est, qui tanta dedere.
Aret deciduis folijs decidua quercus.
Soluere diffidit nodum, quem diffidit ense.
Qui dicat hunc librum; dicat quid muneris optet.
Vt Donace nubas, opus est donace marito.
Ecce donax animal, qui donax misit amicus.
Si dormituris dicas dormituris erras.
Si ducis instar es heus cur nos per inhospita ducis?
Durius est marmor, Durius sed mollior annis.

E

Languida vix edere heu possum, vix edere vocem.
Educatur hic catulos, ut eosdem educat in apres
Ludus luxusque egere, ut nunc cogar egere.
Egere cum vomitu, ni vis medicamine egere.
Egestas merces, dein naufraga deslet egestas.
Vos elegi elegi, quia flebile carmen amavi.
Elidis heu currus elidis Olympionice.
Elatè palmarum cæte frondescit in auras.
Ex elephantino dente est elephantina pyxis.
Spe Ænea elisa, heu gladio se infixit Elisa.
Heus prius emenda scripta hac quæ exponis emenda.
Rursus emit charo, quæ quondam vilis emit.
Enato sole incoluuis vix enato ab undis.
Nanis episcopium est, Epi sed locus ipse scopium.
Pinguis es, & tamen es, ac si valde macer esses.
Euadat ex fluuio, ut minitanti euadat ab hydro.
Hospitus Euxinus, sed inhospitus Axenus olim.
Vt caput excidit, dextra simul excidit ensis.
Arboris excidium post multa excidia vidi.
Excitus à somno vix, mox excitus ad arma.
Rex precor excusa, malè sit si excusa moneta.
Corpore es exilis quid mirum si exilis alte?
Fur hinc expilat; tonfor nos expilat inde.
Exputat heu pulmo, quod pus exputat ab ore.

F

Vt mihi fabaris, Fabaris placidissima lympa est.
Est lupus in fabula, narratur fabula de te,
Melle faui abundant, apibus quia sedulo faui.

Ne venam ferias, nisi scis distinguere feriās.
Dum ferimur nauis, fluctu insurgente ferimur.
Ferueo feruere inducit; sed feruere feruo.
Nostra fide fide; fide tanta, & præmia habebis.
Aut simus, aut terra est de quorum plasinate simus,
Subycitur fauci focale, focale sed igni.
Folia saga fuit; folia inscripsere Sibylla.
Decepit me saepe fretum, nimis equore fretum;
Ne ante esum frigere sinas, quæ frigere suesti.
Fugere hi; fugere est melius, ne fuste fugere.
Serpentes nidore fuga, fuga corripit illos.
Tam bene fulgetra in prosa, quam fulgetra dicant.
Fulgeo fulgere incendit, sed fulgere fulgo.
Si quid furere hospitibus, furere incipit hospes.
Nunc furis; insidias poteras prauertere furis.

G

Sunt Astrum Gemini; fuit Astronomusque Geminus.
Serne gnatho infligas nostro ne verbera gnato.

H

Tandem hebes à senio euadet vigor ipsius Hebes.
Non herus, at seruus Leander amoribus Herus.
Sit licet hybernus; nimis haud tamen alget Hybernus
Hic ego consistam, sed hic aulicus ibit in aulam.
Hoc ego fonte bibam; quid hoc est quia turbida lym-
pha est?
Nemo cadauer humet terræ, quæ à fontibus humet.
Nomen Hyle est vrbs, verum hyle materiai.

I

Saxa iacere sinas, iacere illa ignobile vulgò est.
Idea est Cybele. sed rerum est idea forma.
Idem opifex, opus exit idem de marmore eodem.
Voces, immò faces imo de pectore promis.
Incidit in ferrum, nemorisq; incidit honorem.
Inciduam passa est incidua sylua securim.
Indicis ad signum, quacunque indicis obibo.
Indice ad os posito, tu indice silentia cunctis.
Incitus incitus, cicoque cioque adhibentur.
Indicat obscure; quod vult indicat aperte.
Insidet, insidit, sedeo, sidoue requirunt.
Vocem intercidit, quæ mica intercidit ori.
Inueni nummos, tu panes inueni, & asser.
Certum est pictum iri tribus Iri coloribus arcum.
Si irritat Regem prætor, Rex irritat astra.
Is ad gymnasium, sed is es, qui haud proficis hilum.
Dum ploratur Itys; vos sicci à fletibus itis.
Scandendis obliquâ iugis nimis est via iugis.

L

Labere per salebras lympa, & labere salubris.
Magna labij sitis est: properate huc flumina labi.
Si gressu labor, labor est, qui lassat euntem.
Ignoro an Lamiaë viuant sub monte Lamiaë.
Rex nouus est populo largitus largitus aurum.
Crex post septa late: vastat lupus omnia late.
Vix post murorum lateres tormenta lateres.
Mauro latus erat, qui sic latus iuit apertum.
Sermo sonat Latius toto quasi latius orbe.
Qui se lauere in cæno lauere vnda nequit.
Rex unum legat ex multis, cum legat ad Vrbem?
Sæpe iterumque leges, statuis quas condere leges.
Mæsta caro est leporis, nec edentis amica leporis.

Leforam montem; Leforam sed dicimus amnem.
 Leuius es speculum, leuiusque inficitur auro.
 Leuitas lenitas morum haud docet ordine dignos.
 Num liber liber sit, quando Typographus edit?
 Num liber est liber, quem Bibliopola ligauit?
 Liber mest vino, liber est sub cortice vitis.
 Si libet infanti nutrix mille oscula libet.
 Libo libonem signat, putealque Libonem.
 Ad Ligeris ripam interea mea cymba ligeris.
 Tu Liguris ritu cochleas fungosque liguris.
 Inguine membro lino foueo, sed vulnera lino.
 Sertis lino vati debentur, carbasa lino.
 Iam montem liquere nives gaudentq. li uere.
 Pleetra lyram norunt, liramque requiri aratrum.
 Ante lites caelo si non vis perdere lites.
 Saltantes captat mulier Locusta locustas.
 Iam loquere, nunquam deinceps fortasse loquere -
 Si Sol luceſes Ramnes Lucereſque viderem.
 Qui in lucis habitant non gaudent lucis honore.
 Nascitur in luteo nunquam flos luteus agro.

M

Quam mala sunt mala haec, que mandere mala ne-
 quit?
 Malo malo malo, quam carbasa fidere palo.
 Integer est malus nauis; Malus insula iuxta est.
 Neflu in valle manet; sed montem manet subito.
 Nos licet abunde manet, paucis manet horis.
 Manibus, & cineri manibus date lilia plenis.
 Gallia Massylia; Massylos Africa nutrit.
 Matrona angusta est mulier; sed Matrona flumen.
 Citro utroque mea, mea nanque est cymba palusq.
 Media num media est inter Persas Arabasque;
 Nascuntur medica astmaticis ibi medica mala.
 Medimnus iaculator erat; mensura medimnus.
 Medium natum medium Medea secabat.
 Mera canis celebris; mera sit nisi fabula vatum.
 Quamuis multa metam palearum calligo metam.
 Dum metimur opes metimur; mors falce triumphat.
 Iudex sperne minas, sed & auri respice minas.
 Cambia quam misere multos misere sub orcum.
 Caelum certus emes miseris si miseris aurum.
 Dum molitur virtus, molitur in athera saltum.
 Nunquam grana moles, nisi sit tibi saxea moles:
 Si monopolium locus est: monopolion ars est.
 Longa mora, est fructus inter sunt ultima mora.
 Malo mori in lecto, quam pensilis arbore mori.
 Iam morere aegre senex, non est cur sana morere.
 Morosum faciunt mores; mora longa morosum.
 Que mouere alios nequeunt me verba mouere.

N

Ad conchas piscando natas Indo aquore natas.
 Natricem. piscem natricem Lucilius inquit:
 Hoc nemus est Serum, atque hinc serica vellera nemus.
 Aurea chorda nete mihi deest; fila aurea nete.
 Si nitor est nomen, verbum producito nitor.
 Fari arcana nequis? nequis te interroget ultro.
 Ima (colus ni deest neque fusus) sumito, neque.
 Non nisi te Eurialum delectat gloria Nisi.
 Paruum animal nitela est, munditiesque nitela.
 Nonne videndo niues perstricto lumine niues?
 Quem natis notus est notus, nota ta mihi nota hat.
 Pectus sit noui veterum iam carmina noui.

O

Frænum obedit sompes, equiti tamen interim obedit.
 Oblita ut unguentis plaga est oblita doloris.
 Arcem obside, fidem donec grandi obside firmet.
 Cor Sophiæ sit Pythagoras; Ocellus ocellus.
 Occidit Paris Aæaciden, tamen occidit Ilium.
 Corda tenacis odij, & sitientes sanguinis odi.
 Odus erat cui nullus odos ex flore placebat;
 Olus erat seruus cui vix olus herba placebat.
 Olea mensura est, olea pax si ondus amica.
 O, is nympa fuit, sed ab Ope est Iuno, Ceresque.
 Ultima longa in Opus: opus est sed noscere Græcè,
 Dic in qua fuerit Romæ ora Ora iuncta Quirino?
 Deuorat os oris carnes, & rodit os ossis.
 Guttore oua, simul ac gallina excluseris oua.
 Lana ouis istius præstat candentibus ouis.

P

Vt Pagus vrbs magna olim sic pagus minor vrbe.
 Excute grana palam flante aura, & vertito palam.
 Si trananda palus pro remo sat mihi palus.
 Ne pales armenta Pales placanda placentis.
 Pallas ad arma vocat, Pallas inglorius armis.
 Pamphylus patria est, & nomine Pamphilus hospes.
 Tu Paraclite veni. fuge tuque paraclyte Demon.
 Panes in Arcadia: panes seruantur in arca.
 Parce precor nobis si parcè mensa parata est.
 Paretur Christo, si mensa paratur egenis.
 Nec parere infantes volo, nec parere marito.
 Fronte hilari patere hospitibus tua testâ patere.
 Quis pauere inopes, nequeunt in morte pauere.
 Teter odore pedis, crepitu insuper improbe pedis?
 Litem pendere expediet, quam pendere nummos.
 Perfidus absque fide est; contra est perfidus amicus.
 In Latium pergamus, obijt iam Pergamon igni.
 Scribere pergamus chartas dat Pergamus aptas.
 Perge viator iter; nam Perge distat adhuc vrbs.
 Hos persona tegit, dextera illis persona sistro.
 Frustra iterum petitis, contenti estote petitis.
 Ne petitor nummos: alios tu accede petitor.
 Ultra vrbes Pharias alit Africa terra Pharias.
 Optat equus Phaleras, tulit vrbsque Phalera Phalereu.
 Ille pila ludit; piger hic scit tundere pila.
 Ille pilat mentum: Crispini hic scrima pilat.
 Ille pilum comit; pilum hic iacit, atque sagittam.
 Cuius erit plagæ authoris nam præda plagæ?
 Infanti vagire placet, nisi nania placet.
 Planus corda aperit; Pianus est qui decipit arte.
 Astra Polus versat: celebris fuit histrio Polus.
 Quo capitis porrigo ruat tibi porrigo pecten.
 Porus Alexandro carus: porus esto meatus.
 Postillâ scripsi hæc, postillaque marginis aucta est.
 Prædicat ventura mihi, qui prædicat astra.
 Primpillus barbaque noua tu, ego primipilus,
 Procerum Regem Persis procerum eligit ordo.
 Supplico procidius, ne sim procidius ense.
 Vitea propago est: sobolescit stirpe propago.
 Ne bene olere putes te: totus & undique putes,
 Serio quæso puta, num vasa hæc aurea puta.
 Morbida membra putor, manatq; ex vulnere putor.
 Pyramus est sponsus Thisbes; Piramusque fluentum.

Q

Quis ego iam credam? quis erit cui fidere possim?

Radiuſ.

R

Radius à rado : radius lux linea, pesten.
 Tu carnes rapis & pisces : ego victito rapis .
 Ne in crimen recidas, si occasio est ulla recidas .
 Si recolas artem vini vix musta recolas .
 Ex bello reduces iterumne ad bella reduces ?
 Pauca refert sapiens; neque enim scire omnia re fert .
 Si tua verba reges, ipsos moderabere Reges .
 Decretum relegat, qui fontem ex urbe relegat .
 Commenta en relegit, qui carmina prisca relegit .
 Nil reliqui hæredi, nisi scripta & serua reliqui :
 Nil remanet laticis; nisi lynpha ex fonte remanet .
 Hanc remoram metuens, hinc nauim sponte remora .
 Fratre Remus, clauoq. minor nunc est quoque remus .
 Sol renitens motu it duodena in signa renitens ,
 Capra repente fugit; viso repente colubro ,
 Quidquid aque residis remanet, in valle residis .
 Responde longum, aut breuiter responde roganti :
 Respondo permittit enim, & respondeo utrumuis .
 Ricinum vestem tinea ricinusque vorabunt ,
 Mox rosa flauescit; rosa atas tempore marcet .
 Auroram roseam, Roseam legimus urbem .
 Funda rota saxum. currus rota frangere saxis .
 Ruta oculos aurit; torrens ruta saxa reuoluit ,

S

Nulla tegunt saga nos, quos saga venefica pungit .
 Tarsus ab igne salis instar salis; anime liquefctis .
 Si sapis amnis erat coniunctus Sapis Isauro .
 Securis caput abscedit quandoque securis .
 Hanc sedet ad mensam quo ventris murmura sedet .
 Parce seni ægruoro. vix dentes sunt mihi seni .
 Senio non senio, non ludus conuenit vllus .
 Virtutem inuitus sequeris dein. sponte sequeris .
 Nulla fruge seres, qua petunt vellera Seres .
 Amisssis bouibus, sera est sera; pepsulus obiex .
 Serò seris, serisque metes frumenta manipulis .
 Serua te a vitij ne mens tua serua labore .
 Vas sinus. gremium sinus est pelagique recessus .
 Ætna sub Siculâ fabricata est sicula parua hæc .
 Sifer erat catulus; sifer est cereale legumen .
 Ne intoleranda sitis sit, falsi haud sitis edaces .
 Ipsa soli natura refert sua germina Soli .
 Ipsa soles tellus ad Soles florida pingi .
 Soluere hinc naues septem, tres soluere tentant .
 De speculâ specula, si qua est modò specula nauis .

Stipes eris stipes utcumque volumina multa .
 Par zona est strophio: scena versura strophium .
 I subito atque hostem fugiens celer antra subito .
 Strideo vel strido: stridere, aut stridere nouit .
 Ipse inopi tibi subueni, & tu subueni egenis .
 Mystes succidit poplites? bos succidit aræ .
 Tot terra insigendo; fudes, quid ni undique fudes ?
 Tam citò suffocat laqueus, quam suffocat ignis .


T

Nosne teges vna hic? teges est angustus utrisque .
 Quodcumque est tegetis, vos mecum utcumq; tegetis .
 Multa telonium non iusta telonia vidit .
 Tentyra in Ægypto: Thracum Tentyra celebris .
 Vi teretis baculi seruorum terga teretis .
 Oceani Tecthys, Thetis est sed Peleos uxor ,
 Aurum equiti huic torque; donari hac torque meretur .
 Quid me traducis, quod truce lampade ludo ?
 Purgauit tribulis agrum meus ante tribulis .
 Ut numerando quota est tota pars, sunt integra, tota .
 Tumet es in causa. tumet hæc si intercus ab vnda ,
 Tute bibendo necas, qui tute viuere posses .

V

Tot defuncte vadis, alacer per flumina vadis .
 Plena vagis est cuna rosis, cur pupule vagis ?
 Dum nutrix vagor, infrasis reuocat citò vagor .
 Audi vagitum infantum, leporumque vagitum .
 Ni remos inhibere velis. tamen utere velis .
 Velitis instar ero, si mox certare velitis .
 Si veneris apros, Veneris vitaueris æstus .
 Dum precor aura veni, responsum est illico. veni .
 Verè crediderim primo orbem hunc vere creatum .
 Esto tenax veteris ritus, nisi ritè veteris .
 Multa videre datur, qua non videre priores .
 Docta videris anus, quod centum videris annos .
 Vincite, dein victos hostes vincite catenis .
 Vinceris ante metu, esto iam vinceris ab hoste .
 Pulcra atate vires, florentque in corpore vires .
 Imbre virescit ager; fama at virescit eundo .
 Virosa est vitanda anguis, mulierque virosa ,
 Tu vita quidquid tibi non est vita salusne .
 Otia dant vitium, ceu fructus vitium tua est .
 Vndenam vndenam calorum est fingere molem ?
 Corporibus voluerum cognatum est pluma voluerum .
 Non opus est vomere his qui findunt vomere glebas .
 Non fit uti censes, opus est melioribus uti .






A P O L L O

S Y L V A N V S.

*Pauperibus mea sylva patet: verumtamen ille,
Qui incipiat flores carpere, diues erit.*



CXLIX.



I delecteris fabulis legere poteris quæ à Poëtis de Sylvano scribuntur. Sylvarum enim Numen est, & à Panibus, Faunis, Satyris, & alijs distinguitur. Cyparissum amavit, quem mortuû transformavit in arborem, quam cupressû

dicimus: vnde Virgilius libr. 1. Georg. *Et tenebam ab radice ferens Sylvanæ cupressum.* At nos, qui Metrametricam edisserimus, vltra Poëtarum opiniones credi Apollinem Sylvarum Antistitem (hoc est Sylvanum) Philosophicis oculis consideramus: & cum prudentioribus & doctioribus dicimus eum esse *ὕλην Θεόν*, seu Θεόν τῆς ὕλης. Est autem ὕλη, quam dixerit Chaos, sparsa indigestaque moles: Latini illam *Materiam* nominant, cum enim formas omnes in potentiâ contineat, illarum censetur esse *Mater*.

Suam materiam carmina, suam etiam formam habent: ad illam ipsæ voces spectant, ad hanc ordo. Et quia materia est forma prior, ratio ipsa postulare videtur, vt antequam de Metrametricis carminum formis & modis differamus, materiam ædificio formando necessariam pareamus. Iuuabimur à R. P. Ioanne Bucellino S. I. qui Epitetorum, Appellatiuorum, & Nominum propriorum Viennæ apud Matthæum Formicam anno 1637. edidit Officinam, pulchram & eruditam; ex quâ omnia illa sumentur, quæ nobis fuerint necessaria, volentes vt Bucellinum in ijs, quæ ipse collegit, suus inaneat honos, quia neminem gloriâ debitâ fraudare volumus, sed Metrametricæ candidatis prodesse.

Ergo Syluestri Apollini quinque Musas conuenientes aptabimus. PRIM A crit Antistes Sylvæ primæ, in quâ omnes casus obliqui Nominum, & Verborum in classes distincti locantur. Quam ob rem poterit *Obliqua* dici. poteritque ob oculos regulas generales, à quibus, siquæ voces deviant, iam in Grammaticis fue-

runt notatæ. SECUNDA *Substantiva* dicitur; nam Sylvam Appellatiuorum exhibebit. TERTIA poterit *Adiectiua* vocari, quod in speciali Sylvâ proferat Epithetorum copiam, qua ingenium possit Philomusi ditari. QUARTA dicitur *Characterica* quod Deorum, Regum, Fluiorum, Montium, &c. propria proponat. QUINTA dicitur *Patronimica*, & deriuata à nominibus proprijs metietur. Et VLTIMA tandem *Profodiaca* vocabitur, & Syluis præcedentibus vtetur, vt vocum, & syllabarum quantitates definiat.

Iuuat non solum habere vocum copiam, sed vsum illarum cognoscere: hunc accuratè exponam; & vt exactius possim, consulam ipsummet Bucellinum, & sua Inuenta nostris, & nostra suis attemperabo.

CL.



Lbrum aperis (Philomusc ingeniose) hæresque: nam, vt Hispanus loquitur, *razones de carta rota*; vel, vt latinus, *scopas dissolutas* reperis, & vsum illarum ignoras. At Ego, vt te iuueni, ad illustrium Artificum officinas conuicam. Ecce Apelles, tabellam (Belgicè, *penneel*) habet in sinistra, penicillum (Belgicè, *pinseel*) in dextera: in illâ diuersi sunt colores separati, & non mixti; nullam ipsi figuram, nullam effigiem representant: & ad quid seruiat tantus colorum apparatus, interrogas. Adest Zeuxis; & fila versicoloria, gemmas & vniones in classes redigit: & causam rescire desideras. Iubet, ecce, Vitruuius arbores cædi, dedolari, formari; lapides scindi, figurari, cædari. &c. Sed cur? Sanè colores in sinistra habet Apelles, vt dexterè illos misceat, & variè attemperatis Alexandrum imaginat: Zeuxis, vt acu-pingat Dianam, gemmas strionesque versicolores colligit: & vt arcem Vitruuius erigat, ligna & lapides præparat. Ergo in paginis sequentibus vocum sylvas exhibeo; quæ, si imaginare aliquid vis, sunt colores; si ornare & acu-pingere, sunt vniones & gemmæ; si ædificare & condere, sunt cedri, sunt mar-

mora & jaspides. Ergo voces sequentes colligendæ sunt potius, quàm legendæ; vt illis carmen pulchrum componas. Siquæ videantur, aut innouatæ, aut nouæ; paucis me ab hac in-criminatione expedio; nam nouitas, & fingendi animositas, suam gloriam habent. Variâ tractantur argumenta, & vario metro debent: & voces, quas Heroicum vt inconcinnas respuit; Anacreonticū postulat: &, quæ aliquibus Poë-tis displicent, aliis placent. Et quidam, vt fructus cognoscas, & colligas ex sequentibus syluis, capita sequentia perpende.

Cognosce ex vngue Leonem (Lector candide) & vel hinc disce, quàm sit subtilis & quanto ingenio tractari debeat Metagrammatica, seu Grammatica speculativa.

Ergo respondeo ad primam, unionem, & conjunctionem esse duplicem; intrinsecam, extrinsecamque. Addo Sinas & Brasilos nulla intrinseca unione copulari ; subjungo illos

in somno convenire (nam utrique dormiunt dicuntur) in mente conjungi (simul enim concipiuntur, ut conspicias) & concludo, illam convenientiam, quam habent à parte rei & hanc simultatem, & copulationem, quam habent in intellectu, illa vocula & significatio.

Respondeo ad alteram, res aliquam inferri à rebus, & ideò à Propositionibus propositiones necessariò deduci ; nisi enim in rebus ipsis præcessisset illationis necessitas, in Propositionibus non inveniretur. Quando dico, *Petrus est homo, ergo & rationalis, ergo & risibilis*, non solum ajo Petrum esse hominem esse rationalem, & esse risibilem, sed ajo ideò per locum intrinsecum esse rationalem, quia est homo, quia in humanitate clauditur rationalitas : & ideò per locum extrinsecum esse risibilem, quia ex humanitate risibilitas oritur. Unde (& hîc attendas obsecro) cognosco quidem Petrum esse rationalem & esse risibilem, quia cognovi illum esse hominem : & si nihil aliud cognoscerem, illud *ergo* esset in voce & in charta, at non haberet in mente conceptum formalem sibi correspondentem. At ego præter dicta cognosco bene discurrere, cognosco ex humanitate rationalitatem, & risibilitatem inferri, & hæc ipsam illationem exprimo vocaliter particula illâ *Ergo* : & mentaliter conceptu, qui eidem particulae *Ergo* æquivaleret & analogus est.

Hinc illam consequentiam, *Petrus non est equus, ergo nec Paulus*, esse bonam pronuntio ; quia illos specie (hoc est, essentiâ) convenire supponimus. Unde sicut humanitas Petri oritur quòd Petrus non sit equus, ita etiam ex humanitate Pauli, quòd Paulus non sit equus deducitur. Et illam deductionem & illationem significat vox *Ergo*, quam examinamus.



A P O L L O
A C R O S T I C H V S.

*Lector in his numeris aliud collecta seorsim
Significant, aliud prima elementa simul.*

CLXVI.



CROSTICHIS est carmen ænigmaticum, cuius literæ initiales aliquid exhibent: [Cælius Rodoginus lib. 13. cap. 39.] & multis modis fabricatur. Primò si singulorum librorum initiales literæ sint colligendæ: secundò si singulorum capitum: tertio, si singulorum paragraphorum: quartò, si singulorum carminum: quintò si singularum dictionum. Primo vsus est Cæsarius in mirabili illo exemplorum volumine, quod in octo libros partitur, quorum primus incipit à C, secundus ab E, non ab Æ, tertius ab S, &c. ita ut omnium librorum initiales collectæ sint CESARIUS. quâ ille industria libros illos munivit contra Librariorum, & Exscriptorum inuidiam, qui multos illustres Authores libris proprijs priuarunt, ut grauarent alienis alios, quorum nomina in maiori erant pretio apud vulgus, ut vel sic domestico lucro propicerent, etiam cum Reipublicæ damno. Secundus à Tertio vix differt: & isto vsus est Agapetus, cuius Liber constat septuaginta duobus parragraphis, quorum si initiales literas intercipias, erues hanc inscriptionem, *Τὸ θεοπατὼρ καὶ ἀσεβιστῶ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῶ Ἀγῶπιτος ὁ ἐλάχιστος Διάκονος* Quintus modus inuenitur in Plauto in argumentis Comcediarum, Prima Amphitruo dicitur, & est ad synopsis reduceta,

*V*more captus Alcumene Iuppiter
*M*utauit se se in formam eius coniugis
*P*ro patria Amphitruo dum seruit cum hostibus,
*H*abitis Mercurius ei subseruit Sosea:
*I*s aduenienteis seruum, & dominū frustra habet
*T*urbas uxori ciet Amphitruo, atque inuicem,
*R*aptant pro mæchis, Blepharo capto arbiter,
*V*ter fit, non quis Amphitruo decernere,
*O*mnem rem noscūt, geminos Alcmena enittitur.

Plautum imitatur in Græcis Aristophanes, & in Latinis Frischlinus. Eodem modo vsæ Sybillæ sunt, ut inferiùs videbimus; & ita hodie communis ille est, ut hac arte cauere nostri Poëtæ soleant, ne eorundem versus de Martyrum communi dicantur. Sunt enim ad manum Polyanthæ, & Loci Poëtici, qui communes dicuntur, vnde statim excerpere Poëta possit aliena carmina, & ut ingeuij proprij partum offerre. Ergo cautiores hoc æuo Philomusi, ne alienis plumis exornari dicantur, utuntur Acrosticho, & versibus, aut dictionibus sui nomen Mecænatiss præferunt. Ennius etiam olim hac arte delectatus est, ut refert Cicero de Diuin. lib. 2. Et apud Iuniores frequentissimè in Palingenij lib. 1. dant Carminum initiales literæ, *Marcellus Palingenius Poëta Stellatus*. Vltimo existimant Hebræi scriptam esse Sacram Paginam, eius enim verba dictionum singulis literis correspondentium apparatu dilucidant: itemq; initialibus dictionum exceptis nouas sententias eruunt, ut suo loco explicabimus.

Deducitur nomen *Acrostichis* ab *ἀκρος*, quod est *extimus*, & *στίχος* *versus*, quod extremitates debeant capi, & *Extremittatis* vocabulo, non iam tantum initiales literæ, sed & finales veniunt intelligendæ; nam & multi

carmina condiderunt, quorum literæ ultimæ aliquam dictionum proponunt. Solent interdum medias intercipere literas (rectè, obliquè; prout picturæ ratio postulare videtur) & varias figuras carmine delineare: &

tunc vt obseruat Heluicus, & Bachmannus Poëticæ suæ lib. 2. cap. 22. hoc genus intercipiendi literas, non *Ἀκροσχη* sed *Μεσοσχη* est nominandus.

MVSA I. ABECEDARIA.

Per capita versuum procedens.

CLXVII.



Hic Carmina condendi modus antiquissimus est, & reperitur in Prophetis Ogdoasticha sunt, quæ Psalmm CXVIII. constituunt: & in singulis singuli versus incipiunt ab vnâ, & eâdem literâ Alephbeti: nimirum, omnes octo priores ab Aleph; octo sequentes à Beth. &c. Hac etiam arte compositus est Psalmus CXI. & CXII. teste Hilario; quibus Hieronymus in literis ad Paulam Urbicam duos adiungit; nimirum, XXXIV. & XXXV. & alios duos (videlicet XXXVII. qui interrupto ordine literarum procurrit: & CXLV. qui magis continuè procedit) Thomas Caietanus in Commentarijs in Psalterium. Hac etiam Acrostichâ methodo Ieremias scripsit trinas lamentationes. Non fuit apud Priscos in vsu initialibus literis aliquâ dictionem exprimere, tantum enim Alephbethi sui literas repræsentabant: vt patet in exemplis positis. Illos imitati Latini sunt, & præcipuè Sedulius Presbyter in Tetraastichis Iambicis, quibus totam Christi vitam, breuiter, & copiosè complectitur. Illa subscribo.

A Solis ortus cardine
Ad vsque terra limitem
Christum canamus principem,
Natum Maria Virgine.

B Eatus author seculi
seruile corpus induit,
Vt carne carnem liberans
Ne perderet, quos condidit.

C Asta parentis viscera
Celestis intra gratia
Venter puella vaiulat
Secreta qua non nouerat.

D Omus pudici pectoris
Templum repente fit Dei
Intacta nesciens virum
Verbo concepit filium.

E Nixa è puerpera
Quem Gabriel prædixerat
Quem Matris aluo gestiens
Clausus Ioannes senserat.

F Oeno iacere pertulit,
Præsepe non abhorruit,
Paruoq; lacte passus est,
Per quem nec ales esurit.

G Audet Chorus Celestium,
Et Angeli canunt Deo,
Palamq; fit Pastoribus
Pastor creator omnium.

H Ostis Herodes impiè
Christum venire, qui timet
Non arripit Mortalia,
Qui Regna dat Celestia.

I Bant Magi, quam viderant
Stellam sequentes peruiam,
Lumen requirunt lumine
Deum fatentur munere.

K Aterua matrum personat
Collisa deflens Pignora
Quorum Tyranus millia
Christo sacrauit victimam

L Auacra puri gurgitis
Celestis Agnus attigit,
Peccata, que non detulit
Nos abluendo sustulit.

M Iraculis dedit fidem
habere se Deum Patrem,
Infirma sanans corpora,
Resuscitans cadauera.

N Ouum genus potentia
Aqua rubescunt hydria
Vinumque iussa fundere
mutauit vnda originem.

O Rat salutem seruulo,
Flexus genu Centurio
credentis ardor plurimus
Extinxit ignes febriam.

P Errus per undas ambulat
Christi lenatas dextera,
Natura, quam negauerat

Fides paravit semitam:

Quarta die iam factidus
Vitam recepit Lazarus

Cunctisq; liber vinculis

Factus superbes è sibi.

Riuos cruoris horridi
Contacta vestis horruit

Fletu rigante supplicis

Arent fluenta sanguinis.

Solutus omni corpore

Iussus repente surgere

suis vicissim gressibus

Aeger uehebat lectulum.

Tunc ille Indas Carnifex

Ausus Magistrum tradere

Pacem ferebat osculo

Quam non habebat pectore.

Ver ax datur fallacibus

Pium flagellat impius

Cruciq; affixus innocens

Coniungitur latronibus.

Xero myrrham post sabatum
quadam uehebant corpori,

Quas allocutus Angelus

Viuum sepulchro non regi.

Ymnis venite dulcibus

Omnes canamus subditum

Christi triumpho Tartarum,

Qui nos redemit venditus.

Zelum Draconis inuidi

Et os Leonis pessimi

Calcavit unicus Dei,

Se seq; celis reddidit.

CLXVII.

Multū Hassorū Principibus debent Musæ;
& Vrania præcipuè. Musa Metrica est,
& Celos & Versus metitur. Quà Astronomica
adstitit VVillelmo, quā Poëtica eius filio
Mauritio. Illius obseruationes cœlitus ha-
bitæ cum applausu leguntur: huius carmina
à Viris eruditis laudantur. Et ego ex illis
hoc Abecedarium exscribo, quod etiam exhi-
bet Ioannes Alstedius Encyclopædiæ lib. 10.
sect. 4. cap. 5. §. 7. Est votiuum pro anno in-
grediente compositum.

Annus abit transactus, adestque recentior annus;
Bis sit prosperior, qui venit, atque abiens.
Christe rogo primum votum largire petenti,
Da Pacem nobis, Optime Christe, tuam.
E verbo sincera tuo Doctrina resultans
Floreat in templis, floreat inq; scholis.

Gratia sit populo Diuina parata misello;

Hasia quos Ritus iam tenet, obtineat.

Iustitia ad normam sacrati codicis, apte &

Leges iudicium constituantq; Forum.

Martis opus, Miles patrius, sint rite parati

Nec quicquam timeant prælia, si sit opus.

Ordo domum talis regat ut benè proficit vringq;

Pauperibus quo det diuitibusque suum.

Quæstus proueniant liciti, benedictus Agellus

Ruricolis largo fænore reddat opes.

Sanus sit Princeps, Coniux, Sobolesq; beata,

Tuta sit à bello Patria tota truci.

Votis annue Christe meis, sic aulica multum

Xenia conducent prosperitate tua.

Yis eorū fac sic concordia firma piorum

Zona velut regis cingit vtrumque latus.

Prima versum singulorum litera sequitur or-
dinem Abecedarij.

CLXVIII.

Hic spectare possunt literarum imagines,
à figurâ sono, & valore desumptæ qua-
les sunt, quæ sequuntur.

ALEPHBETHVM.

Aleph curua refert præfortis cornua taufi

Beth domus est veterè seruans Hebræa figurâ.

Gimel gibbosi mentitur terga cameli.

Daleth porta patens venientes excipit omnes

He loquitur digitis, & nutu singula prodit

Vau retinet clauis, perijt, quo Sifera, formam.

Sajjn Herculeum vibrat cum turbine fustem.

Chet terret reprobos, vitam credetibus affert.

Thet cochleæ formam repræsentare videtur.

Iod, si vis, manus est, si vis, confessio fiet.

Caph benè depingit crescentis cornua Lunę

Lamed ad prunas vitulorum corpora torret.

Mem maculat vestes maculatas abluit vndâ.

Nun tibi piscis erit primò, post filius infans.

Samech vipereo reflexum sibilat ore.

Ajjn fontanam præbet sitientibus vndam.

Pe Domini celebrans in laudes ora resoluit.

Zade Setigeris acuit venabula porcis.

Koph celeri saltu scandit quasi simia malum.

Resch quandoque caput, nonnunquam deno-
tat Irum

Schin sua Neptuno præfert regalia sceptrâ.

Thau Sacra forma Crucis, signans in fronte
fideles.

ABECEDARIVS.

A. Voce vocat pluuiam princeps de robore cornix

B. Pone bidens viridi post matrem balat in herbâ.

C. Inde suis fulget formosa coloribus Iris.

Z 2

D. Iuxta

- D. *Iuxta dimidie clarescunt cornua Lune.*
 E. *Sterno maritalem Rhenana per oppida lectum.*
 F. *Aolibus Solis ex Græcis cognita viuo.*
 G. *Rite represento cochlearum concava tecta.*
 H. *Quem mihi Cres aufert, reddit Romanus honorem.*
 I. *Nostra cauernicolis vox est gratisima gryllis.*
 K. *Me Latij coluere patres, odere nepotes.*
 L. *Gramma falce meto vitulis ientacula futura.*
 M. *Plus reliquis valeo connympths omnibus vna.*
 N. *Zura forem, nisi me iussissent stare Quirites.*
 O. *Sphæra Syracusij sum cognita clara Magistri;*
 P. *Inter Cadmeas soleo latrare sorores.*
 Q. *Ansonias solum virtus mea nota per oras.*
 R. *Parua fuit nostri Latij reuerentia priscis.*
 S. *Contempsero meū semper male numen Athena.*
 T. *Belgica præcipue summo me tollit honore.*
 V. *Ingeminant vlula nostram sub nocte Pœsim.*
 X. *Germanis tristem vates denuntio cladem.*
 W. *Ferre Crucem doceo, vincet me quisque magistra.*
 Y. *Pythagoras nostrum primus detexit honorem.*
 Z. *Hospes sum Romæ, genuit me Græcia cinem.*

Enodatio.

A. vox est cornicis. Verg. *Tum Cornix pluuiam plena vocat improba voce, & sola in sicca secum spatiatur arena.* B. vox ouis balantis. C. iridem representans. D. dimidiam lunam referens; E Germanis coniugium significans. F. digamma Æolicum. Plauto litera literam scandens. G. cochleam, siue testudinem figurans. H Græcis non est litera. I. gryllorum. L. falcem representans fœnificam. M. Latinis mille significat. N. stans Zura. O sphaera Archimedis Syracusani Siculi. P. hæc figura apud Græcos τὸ πω scribitur, quæ vox est canum latrantium. Q. Latinis solis in vsu. R. Prisci Latini loco R. plerumque S. vsurparunt, dicentes, *Valesus* pro *Valerius*. S. Attici loco eius T. vsurpant. T. hodie Belgis, vt olim Atticis, familiarissima. V. vlularum nenia, vnde & nomen habet. VV. Germanis *VVch*, & Latinis *Væ!* X. Crucis forma. Y. à Pythagorâ inuenta putatur. Verg. *Litera Pythagore, &c.* Z. Græcis vsitatissima, Latini in peregrinis dictionibus scribendis ea tantum vtuntur.

ALPHABETVM ARITHMETICVM,
quod ita vocant;

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0.

*Artius exculsi varijs bis quinque venusti
 Ex alijs iuuenes huc subiere locis
 Quorum qui princeps, unum docet esse colendum,
 Qui Cali fecit sydera clara, Deum.*

*In Christo geminam naturam predicat alter,
 Vnde Theanthropi nomine letus ouer.
 Personam triplicem Deitate fatetur in vnâ,
 Altiloquo frater tertius ore tonans.
 Res quasuis ait ex elementis stare creatas.
 Qui sequitur, quorum quatuor esse probat.
 Mortales quinis cognoscere sensibus inquit
 Omnia, qui felix ordine quintus adest.
 Esse laborandum sex Solibus inde quiete
 Utendum, sexus voce propheta monet.
 Septimus errantes sapienti pectore stellas
 Obseruans regnis multa futura canit.
 Octauus partes sermonem scindit in octo,
 Donatus veluti fecerat ante senex.
 Inter Castalias docto canit ore sorores,
 Aurea, qui nonus venit ad astra puer.
 Postremus pauper nil possidet ipse, decuplo
 Et tamen hic fratres ditat honore suos.*

Hic obiter aliquid de nominibus *Abecedarius*, *Alphabetum*, *Alephbethum*, &c. notandum est. Sanè me iudice, æquè improprie, aut etiam barbarè dicitur *Alphabetum* Latinum, aut Hebræum, ac *Abecedarius* Græcus, ac Arabicus. *Alphabetum* nomen ducit à literis *Alpha* & *Beta*, quæ Græcæ, & non Latinæ, ac Hebrææ sunt. Ergo *Alphabeti* nomine Græcarum omnium literarum Systema intelligitur sumus. Ergo non datur in mundo *Alphabetum* Latinum: ergo nec Hebræum, ac Arabicum. An *Alphabetum* Græcum debemus dicere? Redundat vox illa Græcum, nam in ipsamet voce *Alphabetum* includitur. Sic similiter *Abecedarius* à literis *A. Be. Ce. &c.* dicitur: & quia hæc sunt Latinæ, non debemus dicere *Abecedarium* Græcum, non Hebræum, non Arabicum: quia hæc gentes suas literas aliter nominant: non Latinum: hoc adiectiuum redundaret, siquidem in ipsa voce *Abecedarius* clauditur. Idem de Hebræicarum literarum Systemate dicendum est. *Alephbethum* vocatur, à literis *Aleph*, & *Beth*. Ergo ne *Alephbethum* Latinum, aut Græcum dixeris, nam hæc gentium literæ aliter denominantur. Sed neque Hebraicum dixeris, nam hoc nomen in nomine *Alephbethum* clauditur.

Per metaphoram vox *Alphabetum* apud Græcos (sic etiam vox *Abecedarius* apud Latinos, &c.) transit, vt prima elementa cuiuscumque facultatis significet: sic dicimus *Politicæ* *Abecedarium* ignorare, &c. sic etiam numerorum figuras *Arithmeticum* *Abecedarium* nominamus, &c.

Sanè antiquissima sunt hæc Carmina *Abecedaria*

cedaria, & ab Hebræis olim inuenta, & ex-culta. Porro maiori curâ, & industria com-
posuit Dauid Psalmum CXVIII. quàm suum
Hymnum sedulius: nam in Psalmo singuli
versus eiusdem Ogdoastichi ab eadem literâ
incipiunt, quod non obseruauit Sedulius,
minore perfectione contentus.

Vt Ars ipsa clariùs cognosci queat, Au-
lam adiungam duplici Abecedario descri-
ptam, quorum primo eius virtutes recensentur:
& secundo eiusdem vitia, & peccata nota-
ntur.

ADVLATIO ELOQVITVR:

vinam vere.

Aula eadem est omnino fides, que Nobilis auri.
Blanditur, sed post permulcet ceu Deus Aula,
Consilijs semper melioribus vitur Aula
Dis simulet probiliter conregnaturus in Aula
Emulat Improbitas, fulget sed Candor in Aula.
Ferre moram, atq; irâ frenare iubemur in Aula.
Grande sophos laudare bonos censetur in Aula.
Horrent falsa loqui cupiunt qui crescere in Aula
Inuidiam franges, modo sis virtutis amator.
Kerie, qui seruere negent Eleyson in Aula.
Languent sat scelerati, virtus crescit in Aula.
Muneribus hominum mētes redimuntur in Aula
Nugas Aula leues, nec fumos vendit inanes
Otia quisquis honestâ cupit magis feruidus adsit
Portia Aula superum Aula est, Diuum gloria
magna est
Quastus sana loqui dicas sic primus in Aula.
Rara avis est haud (crede mihi) pius Aulicus orbe
Sinceris, & simplicibus bene semper in Aula.

Turpe senex, & inops, veniat ni diuus in Aula
Vita perfacilis methodus bene dicitur Aula
Xantus constantes socios numerabit in Aula:
Tra Aula est capitum multum resoluta venenis
Nenones fatui volitant non semper in Aula.

SINCERITAS RESVMIT.

Vtinam falso.

Aule eadem est omnino fides, que mobilis aure
Blanditur, sed post mordet ceu scorpius Aula
Consilijs rare melioribus vitur Aula.
Dis simulet regnare diu, qui possit in Aula.
Emulat integritas, probitas, & candor in Aula.
Ferre morâ, atq; irâ frenare vetamus in Aula.
Grande sophos ridere bonos censetur in Aula.
Horrent vera loqui cupiunt, qui crescere in Aula.
Inuidiam, qui ferre nequit discedat ab Aula.
Kerie, qui seruere, canant Eleyson in Aula.
Languent virtutes, scelus omne, at regnat in
Aula.
Muneribus hominum mentes capiuntur in Aula.
Nugas Aula Leues, & fumos vendit inanes.
Otia quisquis honesta cupit procul exeat Aula.
Portia Erebi Aula est, & semper tua, Tantale,
pana est.
Quastus adulari, & mentiri est primus in Aula.
Rara avis in toto est verè pius Aulicus Orbe.
Sinceris, & simplicibus vâ semper in Aula.
Turpe senex, & inops quando incolit Aulicus
Aulam.
Vita difficilis methosus bene dicitur Aula.
Xante retro ibis erit quando Cōstantia in Aula.
Tra Aula est capitū multorū horrenda venenis.
Nenones, fatui sunt atque Thrasoneis in Aula.

MVSA II. ARTICVLANS.

CLXIX.



Promota arte propter Abecedarij
ordinem literæ initiales colligi, &
disponi ceperunt, vt seorsim po-
sita sententiam aliquam comple-
terentur. Hanc ob rem post Alphabetam
ponimus Musam Articulantem: hoc est dan-
tem Acrostiches articulatas, & quidem re-
periuntur huius generis antiquissima Acro-
sticha, nullum tamen antiquius, aut venera-
bilis Erythræo, à Sybilla compositum. Fuit
Sybilla Erythræa Phœnicio Mocho anti-
quior, Erythræ (vrbs Ionix est) nata, & eius-
dem Ciuitatis, vt Apollodorus Erythræus
affirmat etiam ciuis. Tria eius vaticinia ce-

lebrantur; alterum de Troiâ, alterum de
Homero, Alterum de Christo. Prædixit il-
lam deletum iri à Græcis: Homerum multa
de Deo mendacia modulaturum esse: Chri-
stum verum Deum nasciturum. Congruum
fuit, vt prophetiam primam nobilissimæ il-
lius vrbs excidio confirmante, eius spiritus
orbi toti innotesceret: notusq; & summâ a-
nimi demissione receptus cateruas Deorum,
quas Homerus delirat, condemnaret: Dei
vnitatem, & Christi Diuinitatem animis gen-
tilium adfereret. Fenestella rerum antiqua-
rum solers Inquisitor scribit, Consulem C.
Curionem Capitolio restituto proposuisse
Senatui, vt Legati mitterentur Erythras, qui
huius Sybillæ Carmina diligentissimè colli-
gerent,

gerent, & Romam referrent. Missi sunt Publius Gabinius, M. Octacilius, & L. Valerius, qui omni industria carmina collegerunt, & quasi mille reportarunt. Alia celebrent alij, mea interest illa tantum proponere, quae sunt de Christo, & Acrosticham artem dilucidant. Graeca dedimus alibi, Carmina Latina subijciamus.

Constantinus Magnus in Oratione, quae Eusebius libris de vita eius adiunxit, ponit hoc Vaticinium: & Augustinus lib. 18. de Civ. Dei cap. 23. asseuerat se illud legisse in Codice Graeco eiusdem Sybillae; quem sibi Flaccianus Proconsul Asiae communicauit. Illud citat ante Christi Natiuitatem Cicero lib. 2. de Diuinit. vt mirum sit hoc idem Vaticinium ab Eusebio inter axiopista recenteri. Vt ergo Prophetia omnibus innotescat, eandem latine subscribamus.

IVDICII in signum tellus sudore madescet,
Et rex aeternus summo descendet Olympo;
Scilicet ut carnem mundumq; ut vindicet omni-
Vnde Deum fidi, diffidente sq; videbunt
Summum cum Sanctis in saeculi fine sedentem
CORPOREVM animas hominum quo iudicet,
 olim.

Horrebit totis cum densis uepribus orbis,
Recycient simulacra viri, gazasq; repostas;
Exuretq; ignis terras, calumq; salumq;
Incendetq; fores angusti Carceris Orci;
Sanctorumq; omnis cato libera reddita, lucem
Tunc repetet; semper cruciabit flamma scelestos;
Vique quis occulte peccauerit, omnia dicet:
Sub lucemq; Deus reserabit pectora clausa:
DENTES stridebunt; crebrescent, undiq; luctus,
Et lax deficiet; solemq; uidentiaq; astra,
Eluolent tenebrae, tum laeue splendor obibit:
FOSSAS attollet, iuga deprimet ardua, moetes
Impediatq; nihil mortales amplius altum.
Longae carina fretum non scindet, montibus arua
Ipsa equabuntur, nam fulmine torrida tellus
Vinaq; & sicci fonteis, & flumina hiabunt
Sydereisq; sono tristi cuba clanget ab oris.
STULTORVM facinus marens, mudiq; labores
Et chaos ostendet, & tarara terra debiscet,
Regesq; ad solium sistentur Numinis omnes
Vndaq; de caelo fluct ignea sulfure misto
Atq; omnes homines signum praefigne notabit
Tempore eo signum, coruus peramabile fidis
Oppassus Mundo casus, sed vita priorum
Respargendo lauans duodeno fonte necatos

Hae Sybillae carmina celeberrima sunt, & a varijs Authoribus in alias saepe linguas translata reperiuntur in Sybillinorum Oraculorum

lib. 8. & lib. 4. de Triumphante Cruce cap. ultimo
 Iacobus Bosius eadem reponit per haec verba

Iudicis aduentu magni, sudore videbis
Emanare solum, tunc Rex aeternus ab arca
Syderea praesens, carni ius dicet, & orbi,
Vt spectare Deum pia gens, atq; impia possit,
Sublimem carne humana, Sanctaq; caterua
Cinctum, supremoq; a viros, qui iudicet auo.
CHRI et erit omnis humus uepres, & tristis arena:
RI escindent simulacra * viri, aurumq; repellent
Incendentq; auidè terras, Mare, Sydera, flammam
Stabunt functorum sub apertum corpora lumina
Tetraq; mens, & sancta illo splendore patebit.
Voce latens facinus, quod gessit, quisque loquetur
Subdolaque humani pendentur pectoris antra
DEIRA mali facies paupor, & undique luctus;
Et iubar inuoluens Solis, Stellasq; tenebrae.
Ham vaga labetur Phoebe, ruet arduus aether.
Herre caput valles, disiectis Alpibus imas
Iusserit: humanum culmen, fastusq; iacebit;
Lataq; planities montes equabit, & altum
Intactum rate stabit, & urent fulmina terras
Vna deficiet flagrans cum fontibus amnis:
Stridula de Caelo tuba fundet lugubre murmur
Supremumq; Orbi canet exitiabile carmen;
Et subito stygium chaos adparebitur hiatus,
Regnantisq; Dei celebrabit turba tribunal.
Andaq; sulfureae fluct alta ex aethere flamma.
Abslabit mortale genus a insigne corruscans;
Trans sancta in rectis animis optabile robur
Omnibus una pax vita melioris origo;
Rursus vesani dolor, atq; obfensio Mundi;
Collustrans undis duodeno in fronte fideles
Regabit late pascentis ferrea virga,
Vnus & aeternus Deus hic seruator, & idem
Xristus pro nobis passus, quem carmina signant

a alios homines.

b al. Regnantumq;

c al. Abflabit.

d melius vt error metricus tollatur, signumq;
 quia vox illa genus in carmine ponitur pyrrhicie, cum
 cum deberet iambice.

Hic est communissimus Acrosticha formati
 di modus, vt exempla frequentissima ostendunt.
 Vnum adducere sufficiat, non enim inuatur
 Musam in re manifesta diffundi.

Obijt Lupus de Vega, Poeta celebris, & D. Iosepha
 Ludouica de Chaves Tabellam hanc Tumulo
 appendit.

Feliz en culto, en nombre esclarecido
 Raro assumpto alas lenguas de la Fama
 Es quien depuesta ya la docta rama,
 A lustra esta inscripcion de luz cenido.

La embidia yaze a qui yace el oluido,
O puestos al aplauso que le aclama.
Pues ellos faltan quando en el nos llama
El heroyco exemplar de lo que ha sido.

Digno Varon, capaz del alta gloria,
En que el a sí mismo se consulta
Vitorioso del Tiempo, y de la Muerte.

En quien mayor se empeña la Memoria.
Grande en la imitacion que del resulta,
A un al que atento mas su exemplo aduertete.
Omnia, quæ hucusque dedimus, per ini-
tiales Characteres procedunt; demus ali-
quod, quod etiam colligat finales, & ne a-
liò cogaris, idem Vaticinium calamo libe-
liore exponamus.

CLXX.

Mpyrei aduentu Regis natura videtur
ructare faces. Index descendit Olympo
xsumo. Hunc sancti huc reprobi vidisse valebunt
sydereis radijs redimitum, & luce coruscum
Terra timec. Monumenta virum simulachra figura
Inuertuntur: iners tenet angor pectora: & illud
Eximium scelerum solium cor (quando repent
Sol ruit in tenebras, moritur Soror ardet, & aethere
Aruntur montes, nec prosunt nauibus unda
Soluitur, heret, hiat; caret omni lumine: sensu
Gymnicus hoc horror, spoliaturque, & donat, ut a
Nocte, aequè; die tremat, ut Lynx cæcus, & alme
Vnter pedes anceps subsistat Iudicis. Illud
Tunc lignum, vite pretium venerabile, Cosmo
Viuificans, dulci pandetur in aëra mot
sparget aquam dulcem, diuinis fontibus hausta
Quæ Sanctos recreet, reprobos submergat, Olympi
Vernantis Princeps. Nomen ne dulce requir
Eiusdem, quoniam clausum est his versibus illud

PRodijit hoc anno 1662. S. Iosephi
Hymnographi MARIALE. Il-
lud olim græcè cōposuerat Vir
pius, & omni metrorum genere ex-
ornauerat; & Acrosticho artificio
fluens recreat, & instituit Lectores.
At sum aridus, inquis, indeuotus, &
spirituali dilectione non pungor, nō
moueor, non delector. Audi Ioan-
nem Magne Dei Ecclesie Diaconū,
qui in eiusdē S. Iosephi vita sic in-
quit. Est quispiam rigidus, ac durus, atque
ad lachrymas effundendas ineptus: Suauis-
simas melodias à Iosepho scriptas in Virgi-
nem, ac Dei Matrem, que ineffabiliter
Verbum concepit, assidue legens, & de-
cantans, lacrymarum maria lentis oculis ef-
fundet, & mente colliq; factus immateriali
sensu spiritualibus compunctionis delicijs
perfruetur. Hæ autem melodia sexcentæ
sunt, que ab eo varijs commutationibus, &
sonorum concisionibus, varijsq; Rythmorū
differentijs composita, dulcedinem quodam-
modo; atq; odorem suauitatis aromatizant.
Scriptis sub Leone Haurico Ico-
nomacho, & ab illo vsq; tempore à
Græcis legebatur cū fructu: vt au-
tem Latini etiam essent participes,
illius Hymnos Marianos R. P. Lu-
douicus Marracius in Latinum ser-
monem conuertit. eiusq; Germa-
nus Frater, nempe R. P. Hippolytus,
Vir hodie celebris, & ob Marianos
libros omnibus notus charusque, vt
singulorum aduersus Deiparam de-
uotionem intenderet, publicauit.

Simili arte sunt multa Michaelis Raidi poe-
mata. Floruit sub annum MDLXX. & Sa-
xonica, Hassiatica, & Hersfeldensia Insignia
ingenioso carmine inclusit; quod alibi po-

terit legi, Condidit etiam Epigramma de
nomine IESV, quod in gratiam mei Lecto-
ris subscribo.


I	E	S	V	S	I	I	E	S	V	S	I
nter cuncta	micans					gniti sydera cel					
xpelli tenebras						toto Phæbus ut Orb					
ic cæcas renouat	I	E	S	V	S	I	caliginis umbra				
iuificans simul						ero præcordia mot					
olem Iustitie						ese probat esse beati					

A Gnato ad Matrem necessarius est transitus;
non enim sine Matre, nec Mater sine Gna-
to esse potest. Expresserat hanc fortè Apel-


les aliquis, & expoliatur Iesu; at illa in ip-
sum cælestes has iras effudit:

Ne sine Prole velis Pictor me effingere: pingi
 Me sine Me potius, quam sine Prole velim.
 Ergo: ne Gnatus à Matre, ne Mater à Gnato

separari egre ferat, subijciamus hæc carmina
 quæ dulcissimo Gnati nomini, dulcissimum
 parentis adscribant.



M A R I A	axima Lux Celi: d re Tellurem, s	M A R I A	agnes diuine: profunda ntissima subrige Lun	M A R I A
M A R I A	egia sis miseris, M A R I A	hac per vasta per aquo	mmensum nobis u I A a. Sis & forte labant	M A R I A
M A R I A	nchora cordis, animo h I A	crenti sis aura secund		M A R I A



CLXXI.

CLXXII.

I Vltus, & Pastor, Abecedarij pueri, dum
 mori malunt, quam fidem Christianam de-
 ferere, Theologia: altissimæ periti sunt. Mar-
 tyrio coronantur Compluti, & hodie cele-
 berrimo Templo honorantur. Ibi etiamnum
 videtur lapis, in quem proiecti sunt: sudat
 liquore suauissimo, quo fideles in plurimis
 morbis iuuantur. Illos anno 1648. Cæsareus
 Fuschus Romanus celebrauit his numeris.

Α ποσιχι simul, & Μεσοσιχι interdum
 superius vidimus Poeta laureati compo-
 nunt. Reuerendissimus P. Eugenius à S. Jo-
 seph, ex Carmelo Excalceato: Viennæ Con-
 cionator Cæsareus: Vir doctissimus; annos
 multos ingeniosas Theses defendit in
 Neapoli, in quibus sex flores expendens
 dilucidans totam Logicam complexus est
 Flores Dialectici, quibus vsus fuit erant istæ

SANCTI IVSTVS, ET PASTOR

Anagramma purum.


TOT CASVS SVPERANT ISTI.

S tringunt imbelles artus fera brachia, garri T
 AN rs inimica Deo perdere corda dol
 AN on facies est vna necis renouata resurgi T
 C rux, tormenta super millia, mille dat hi C
 T entat blanditijs, ferro, fuscæ, verberare Auern A
 I mpietas mentes sollicitare pia S
 I nsurgit diro licitor certamine vult V
 V ibi que addit v'neru mille modi S
 S artago feruet plumbo, pice, sulphure, oliui S
 T etra venena vomunt lubrica monstra lac V
 V rsus, Aper, Tygris taurus leo, & innumere P
 S epta furunt stimulis araphiteatra fera E
 E recte crates, mucronis, tela acunutu AR
 T oraque vis Diis monstra vocat stygi A
 P astor nil trepidat, Iustus nil extimet agme N
 A rmatum Infernum, fuscera nulla timen T
 S ed virtute pari, morte omnia vict I
 T ot casus superant isti ineundo Polo S
 O rci perdomito, inuictum Par, Hoste triūpha T
 R egis, & hoc Superi suscipit Aula Pol I


L ulipa versicolor, & pulcher.
 H yacinthus expallens, & querulus.
 O thona, flos purpureus, & odorus.
 W oschatus micans, & sensum irritans.
 V marantus immortalis, & nunquam marcescens.
 S abeus saeuus, & mollis.

Si illos tempestiuè vidissem, posuissem
 feuerâ argumentandi Methodo, vt doceretur
 Philomusus etiam hortus, & tempe scholastica
 scribere, & defendere. Habent etiam
 scholasticæ scientiæ suas Charites, & Dialecticæ
 spinæ ornata floribus, & rosas à virtutibus
 eruditibus traduntur: non enim Eloquentia ini-
 micatur Philosophiæ, nec Gratia exulans à
 Theologia. Plurimæ in Scholasticis mei Euge-
 nij Meditationibus passim leguntur: at modo
 è multis, quæ vnica pagina præsert, hoc
 placuit scribere.

HEXASTICHON.



L otus florigeris scr	is hi S	Thomas abunda	T H O M A S
H ortos Cormeli lustrans	i c	lter, vt Henoc	T H O M A S
O mnia Ibera isti c	m	isit florida tut	T H O M A S
W ox habitura date	, d	etorum Pallas amatu	T H O M A S
V mbrosij flores pr	ti t	omistica sens	T H O M A S
S unt; diadema dicat	S tella T	um floribus isti	T H O M A S



CLXXIII.

Ioannes Alstedius in *Encyclopaedia sua lib. 10. sect. 4. cap. 5. §. 2.* agit de Acrostichis, illamque exemplis curiosis illustrat; e quibus unum, aut alterum deligo, ut Metametricam hanc ditio-rem, & pulchriorem reddam. Et quia à Ioue principium sumendum est, nos à dulcissimo nomine IESV incipiamus.

Iesu parentis optimi
 IESV et Virginis castissima
 IESV suboles, & tuere nos
 IESV e cernis à quoniam sit
 IESV epimus hinc, & hinc mali

Hæc Achrostichis est Christiani Bichmanni: & Michaelis Ræidi subsequens.

I Inter cuncta micans I gniti sidera Cæl
 I Expellit tenebras I toto Phæbus, ut orb
 I sic cæcas renouat I us caliginis umbra
 I niificansque simul I ero precordia mot
 I solem Iustitia I esse probat esse beati

CLXXIV.

Sedulius laudum Christi, & Deiparæ pi-entissimus, & eruditissimus pre-eco, dignus est qui à nobis celebretur, & honoretur. Multi illum antiqui dilaudarunt, at me im- præsentiarum iuuant, qui Achrosticham metho- dum sectati sunt.

S Sedulus Domini per culca nonalia pergen
 S En loca conspexit multo radiantia flor
 S discurret per prata libens, quo gramine Dau
 S vidit diuino modulantem carmina cant
 S andato psallente viro resluit cithara me
 S lle ubi grandisoni captus dulcedine plectr
 S titur & celeri graditur per lillia pass
 S acratosque iterum late conspexit amano
 S eterna Christi fluiuos, quos abluuit und
 S nec passus torpere diu doctoris acume
 S tunc sua Davidico delectu plectra poposci
 S rrita polluti contempfit nomina mund
 S igna Crucis fronti ponit, breuiterq; triumpho
 S tangit, Christe, tuos, numerosaq; prælia liba
 S ergo his dum vario decorat sua rura color
 S iabunt hi gracili docti restudine versu

Hæc Acrosticha sunt à Liberio, Poëta claro composita; addamus alia scripta polito stylo Belisarij.

S Sedulus Christi miracula versibus eden
 S Edulius, inuitans parue ad solennia mensa
 S dignum conuiuiam, non hunc qui carperet illu
 S Vix quod nobiliu profert triplici aula parat
 S Vatum quod ponitq; sub aurca tecta tribuna
 S n quo gemmiferi, totq; aurea vasa, canistr
 S inuida pro modico portant sibi gaudia vict
 S ed quod olus vile producit pauperis hortu
 S Ac post delicias properant, qui sumere magn
 S Nituntur paruum miserorum spernere germe
 S utu quod nihil est, dū nil cū ventre tumesci
 S nsidias, membrisq; mouens, anima tuent
 S i tamen his dapibus vesci dignatur egeni
 S emnat diuitias animus, pancisq; quiesca
 S xeplo asumptus Domini, quia millia quinqu
 S emotis cunctis, modicis satiauit ab esci

Prodicuntur à Georgio Fabritio, & post eum à Gaspare Barthio *libr. 53. cap. 5.* & tandem à Ioanne Alstedio citato: qui & duas Virgines Acrostichis versibus celebrat, videlicet eruditissimam Annam Palantiam, & Ludouicam Saracenam Hebraicè, Græcè, & Latinè peritam.

Huc conducere potest Epistola, quam olim adamicum, qui totus Astronomiæ deditus Vraniam quæ Parnassi Deam videbatur negligere, eo fine scripsimus, ut fine nobiliorum scientiarum detrimento illum ad suauiores literas inuitaremus.

CLXXV.

O mnes Musas residere in Parnasso, & esse Rhythmorum, & Metrorum Deas, tota tenet Antiquitas, à quæ nemo doctus recedit. Inter alias recensenda est Vrania, Cæli Antistes, & Astrorum Interpres, quam colis: illa igitur & syllabas, & stellas metitur. Patere igitur, ut Astronomica tua studiâ tantisper interpellem. Et ex regione æthereâ, in quæ Solis, & Lunæ motos ad nouas reducis hypothefes; & Satellitium Iouis nouis lineis circumagis, te in Parnassum penitio-rem conducam; dicamque,



S	alve . Sis	fo	lix : sis	terque, qua	erque	beatu
E	urora	f	boles;		plendidiore	stil
N	rromum	E	lammas pingis,	m	tiris	Olympo
N	ecnon	e	celsum	pa	N	dis ab orbe polo
P	ter	Ar	stoteles	vina	S	per secula long
P	ultiolici	F	auro	t	C	mpora cincta gera
P	egales	fu	runt iam de Iouis ar	L	C	e triumph
P	t tibi ferta	p	tens	cand	L	da texat hono
P	erpetuo	F	alix faneat tibi	L	umine	Apoll OR

Vt doctis oculis carmina nostra legas.

Et quidem non tam in illis pompam, quam artificium, & innumeras transfigurationes reperies: quas imitabuntur eruditiores calami, & nobilioribus exornabunt exemplis. Tu interim viue, vale, &c.

CLXXVI.

IN P. Eugenij de Sancto Iosepho Panegyrico, ad laudem Ferdinandi III. recordationis optimæ scripto, quod *Doloris, & honoris Castrum* dici voluit, pag. B. 2. inter alia æternitate digna Acrosticha sequentia reperies.

Versus omnes diuidit Pentemimeris; & priorum hemistichiorum initiales *Castrum Doloris*, & posteriorum, *Castrum honoris* exhibent.

CLXXVII.

ET in eodem libro pag. H. 2. Nomen Augustum Ferdinandi celebrat Parnas-

Hernandis	Hati	Huerant	Helicia	Hila
Het Cloto	Heraui	Hexcindens	Hxclamat,	Hheu!
Hupit Rex	Hromane	Hruis	Hrursusne	Hruinam
Das Dea Diræ?	Dvos	Divos	Delere,	Domumq;
Insignem	Intentas?	Inuicta est	Ignibus	Illis
Nunquam	Nutabit	Nec Nomen	Nocte	Nigrescet
Aut fama	Austriacorum	Aquilas	Ascendere	Ad Astra
Nigra nequit	Nemesis	Nullique	Negare	Nerones
Dum moritur	Dominus	Dudum	Deiecta	Dolore
Vive, Vienna.	Vides?	Victorum	Viuida	Virtus
Sic folium	Semper	Solis	Sic Sydera	Scandit.

A la pianta io rinolto
Parlo così con lagrimante volto:
Se mai del mio dolor pietade hauesti:
Fà, che nel verde tuo Fernando resti.
Sì che le tue da me segnate spoglie [Testi.]

Dopo, che haurò deposto il mortal velo.
Sian testimoni ancor de le mie doglie.
Cresci, ed innalza un sì bel Nome al Cielo
Quel, che i fogli non pon, faccian le foglie,
Quel, che non può il mio stil, faccia il tuo stelo.
Grata

Castalides flebant
Alterisque Choris
Sicut Mæroris
Italia querebant,
Rursus dicebant,
Una, ait, ut noris
Musa hæc, horroris,
Dū scire ardebant
Odate iam flores
Tongo Augustorū
Ortu, & splēdore?
Regum inuictorū.
Isti Fulgores.
Sunt & Honorum

Cum Castrū mente
An sunt hæc Castra doloris
Struere est & Cesare
Templūq; & Castra stupē
Rursusq; Doloce taceban
Vera hæc sūt mania Hæc
Musa illa vocabat Amē
Hinc Muse iurgia habet
Homitte verba sorores.
Zum cernitis ordine
Ostendunt Castra labora
Rex ò Fernande tuorum
Ister tu in sine perores,
Sunt Castra hæc monumē

[Dolorum]

Grata mihi, Vates, tua Carmina dixit Apollo,
 Carmine Fernandi crescere Nomen ames.
 Crescite io trunci, Fernandi Nomina crescēt,
 Quāuis vix, quo plus Gloria crescat, habet.
 Quid video vario rutilare emblemate Castrū?
 Signa Doloris erunt, signa & honoris erūt.

CLXXVIII.

Produximus Misostichum de Cruce compositum à Rabano, & à Viris claris dilaudatum : nunc hoc Poëma subiungo, quod simul Acrostichum, & Misostichum est.

O Crux excellens toto	O dominaris Olymp	O
Cœlestes plebes, &	Clarus acceptus illi	C
Regna regenda poli	Rucifixi munus, & ardo	R
Xndique te almificat	Vbeus cum sanguinis vn	V
Xristi quapropter e	Xrege vocabere tu da	X
Dum inhumana tibi ex	Qiris diuinæque tast	V
Vnius altitroni de	Voto in laudis honor	E
Xristicolas focias,	Ac sacro fame viaa	X
Multiplices laudes	En das à culmine Cæl	I
In terris cantus quo	Soffert orbis, & exu	L
Sanctificat mundus	Ventus pontus & sic fo	L
Exaltat iubilans cum	Montibus: arida cant	V
Rura canunt Stellis	Motu tu carmina dona	S
Orius, & Stellis aqu	Ilo sic auster & aur	A
Lætitiā Regni ten	Eas quod lumine lume	N
Alta poli pandas con	Signes numen & isti	C
Tanta des dona dispen	Nfans, qui omnia feci	T
O Crux, quæ Christi es car	O benedicta triumph	O
Quanta tibi dederat	Tantum factor amor	E
Vinificantis enim d	One deus ipse parau	T
Et benè te extulerat	Dire ne dicere pupu	P
Rancidus is valeat d	Eceptor dux, & iniqu	I
Exemptam risit præ	Dam qui lucis ab æthr	A
Detrusam diu volu	It punire necando hi	C
En pia Crux Domini	Cantus, qui pio Mus	A
Magnificare valet	Antam te, & dicere fa	X
Pulchra nites cultu	Te visu gloria cingi	T
Tayus dira fugit cal	Amus, sed pinus honor	I
Inclinam humiles e	T Cedros myrra melir	O
Olfactum pauitant na	Rdus & mira cupressu	S
Mastixtus gutta amm	O mum balsama bidell	A
Victæ maiestate fu	Per sua vota ferunt t	E
Nomine tu asperior m	Aior virtute pijs ho	C
Donas, cum mercede me	Ent Christi ante Tribuna	L
O Crux quæ cogis rupt	O plebem ire ab Auern	O

Omnes versus habent 25. literas: primam, mediam, vltimam: & inter primam, & mediam sedecim: & inter mediam, & vltimam etiam sedecim.

Et hic notandum Authorem hic, & alibi sibi indulgere, vt diphthongos *æ*, & *æ* interdum sumat pro vna litera, & interdum pro duabus: licet enim sint monosyllabæ sæpè à viris magnis (& vt aliquem nominem ab Erycio Puteano) calamo dissoluuntur: & conjunctionem, *que*, interdum recipere, vt tres


literas, interdum verò, vt vnicam. Acrostichis prima dat hunc versum.

O Crux, Dux misero, latoq; Redemptio Mundo.
 Vltima hunc

O Crux, vexillum, Sancto, & pia cautio saeclo.
 Et Mesostichis, quæ octauas-decimas versuum singulorum literas intercipit, reddit hunc.

O Crux, quæ summi es noto dedicata tropæo.
 Et hic φ Græcum, quam multi volunt esse F, alij PH, iussit esse P, ne numerum diceretur excedere

excedere . Vocem nonnumquam Christus scribit more Græco sic Xps Xps & iubet trilateralum esse, vt vx versu decimo-octauo colligitur .



CLXXIX.

Iberiori stylo est Tabula sequens scripta. Versus non sunt isogrammi, sed quia eloquenti calamo, & in funere Optimi Ferdinandi III. composita huc poni debent.

A	n Morti, an Marti tr	A	dis Vexilla Vienn	A
N	empe tuum nec Mars Fer	N	nde, nec inuida Nome	A
M	ors potuit delere	M	icat super astra serenu	N
M	ustriaci Solis iubar.	M	ugusta, ardua Fam	M
A	s canit Augustas Fe	A	nandi, Maximus Hecto	A
R	utonici Imperij, sui	R	Heu! fuit. Omnia vinci	R
I	ndomitum fatum; V	I	rtus, sed nescia vinc	I
I	ugustos Vit	I	cogunt decedere Fat	I
A	ec magno ingenio Salomon,	A	ec Robore Sampso	A
N	ortem effugerunt.	N	agne ô Fernande Trumphu	N
M	nant Istriades tibi. i	M	! vexilla sub Alt	M
O	esplendent Castro,	O	utilat Crucis vndique fulgo	O
R	errori hæc Marti est,	R	errori Crux quoque Morti es	R
T	n signo hoc Magni est v	T	ctoria Constantin	T
I	er Martem hoc signo	I	repidantiaque agmina vici	I
R	exque Triumphator Mo	R	tis fruit è Cruce victo	R
A	n Morti an Marti tr	A	dis vexilla Vienn	A
D	um hinc dubitas, iuste	D	ubitas. Cruce fulgida numqui	D
I	nucti Constantin	I	hæc vexilla? Triumph	I
S	igna hæc Fernandi	S	uperavit prælia Marti	S
V	exillo hoc: cingat	V	irtus pia tempora laur	V
E	t Martem, & Mortem	E	vicit Magnus Pietat	E
X	erxes Austriacus. ve	X	it de funere Victri	X
I	ustitia inuictum mer	I	tò ad Capitolia Olymp	I
L	atè hinc Imperium il	L	ustrat: Mors horrida iam ni	L
L	ucentem exterret: Cæ	L	o micat Austriacus So	L
A	t quibus est Armis tant	A	hæc victoria part	A
V	idimus, & Mortem f	V	perantem Solis in Ort	V
I	n Signo Crucis, & v	I	ctorem ad syderra ferr	I
E	Crucis, Iustitia, & Pi	E	tas, pendente Bilanc	E
N	estebant Laurus sple	N	debatque vndique Lume	N
N	empe tibi est dubitare	N	efas, cernens Crucis ome	N
A	n Morti, an Marti tr	A	dis vexilla Vienn	A

CLXXX.

Placuerunt Viris doctis, & præcipue Scali- gero Rabani Mauri Monachi Benedictini carmina de Sanctâ Cruce, quæ diuersas imagines præferunt. omnes tamen ad Crucis formam compositas. Aliæ sunt multò difficiliore, sed tertiam-decimam, vt Typographi capacitati etiam exempla attemperemus, suo loco subscribemus, quam & dedit Cardanus, Heluicius, & Bachmannus.

Multa id genus reperiuntur passim in varijs libris Acrosticha: multa ad Diui Matthiæ

Romanorum Imperatoris laudem fuerunt composita à diuersis ingenijs, quæ Bernhardus Prætorius, Reipublicæ Norimbergensis Syndicus collegit, & typis iterum promulgauit.

CLXXXI.

Scribit Romæ P. Athanasius Kircher, S. I. ingenio politissimo præditus, qui literarij orbem libris illustrissimis nobilitauit. Illi ante multos annos Ego hoc Epistolium scripsi

scripsi, quod materix similitudo in memoriam, & stylum adducit.

In laudes (Vir Magne) tuas diffunditur Orbis. Carmina decantant Phœbi; nam culmina montis Castalij facunda colunt iam plurimi; & omnes, Ut celebret tua scripta, sua instrumenta resumunt. Dicitur, & resonare Tuas chorus ipse Sororum Eximias laudes, sed dicitur: Ipse virilis Perpetuas calami laudes committere nolo Fæminee lingue, quoniam, quem femina laudat, Hunc cras instabilis lacerat, condemnat, inurit. Ergo ego sincerum demonstraturus Amorem Grande tuum paruo decanto carmine nomen; A Te principium quod sumens, desinit in Te.

Arma mouet Miles; Physicus clara aspicit astræ Terrâ cognoscitq; Geometra; Nauita Vêto Hæc alij. Sed tu metiris Sydera Cæl
Vima Elementorū & Pacē (mirabile dictū) Zolcis Aquas, vêtos, Ignes, inò omnia solu

CLXXXII.

Clarissimi D. Lucae Lancellotti carmina plura inferius ponemus, habet enim ingenium fælix, & pulcherrima condit. Hoc Acrostichum Pijssimo, fortissimoque Patrie, ac Libertatis Assertori Leopoldo Austriaco, fæliciter è Castris reduci, ob M. E. Ob. C. S. consecrabat ipsis Saturnalibus anni MDCXLVII.

❁❁❁	D. I. E. O. P. O. L. D. O. VX VIRTUTE TVÂ CastaqVe faVente MInerV IVoreM eXterrens, DIo paX aVrea VVLt XleX InDIXIT reDIVIVIs fœDera BeLgI MIne fVLta fIDES, eX qVo LeX, fasqVe refVrgVn VLfa reDVX pletas, aVLæqVe affIXa MoratV VInDeX gaLLos Vt Vana ad Vota reDVXt VX, patrIæque fVpreMa faLVS, DeVotaqVe Vlt Vctor LaVDe noVa, sIVe hVc seV fLVctVat ILLV BeLgVM VIRTUTE Leo, DVX aVfa IVVat	AVSTRACO	❁❁❁
-----	--	----------	-----

Singuli versus exprimunt annum 1647. quo hoc Saturnalitium ingenij munus Serenissimo Principi consecrabatur. Sed de Cronicis agemus inferius.


NOTA.

Sicut per initiales, & finales Acrostichis, & per medias Misostichis, sic etiam ab angulis ad angulos, aut etiam aliter Musis his Genij subordinati, arte varia procedunt. Intererunt curiositatis Metametricæ Rabani Mauri ex Monacho Benedictino ad Moguntinum Archiepiscopatum euecti laboriosæ veriùs,

quam ingeniosæ Tabulæ, quæ recudi deberent, ne multiformi hinc orto carmine priuaretur posteritas. Multa similia etiam Pegmata conformauimus nos, antequam studijs melioribus præpediremur: multa etiam olim amici nostri, & condiscipuli ediderunt, quæ ob oculos habeo, & hic exprimerem, si idoneos Sculptores haberem. Interim, qui non omnia exhibere possum, quæ volo, ne Philomusi institutione careât, Tabulam vndeuigesimam propono, quam si imitari velint, varios facili negotio possint construere Labyrinthos. Hunc nunc addo.

I	N Cruce, dum solamen habes dum aterna mereri			S
Premia te	N	demus duplices ad syder		A palmas,
Vt te imploremus.	C	larissim	E	Martyr: Olympi.
Artificem, Rectorem- que	R	a, ne Demonis astu.		
Præpediamur. opem	D	abit	V	nio nobilis almo
Sanguine pro-	N	obis, qui fuso Cali		C a regna
A	deseruit, meruitque Viris Morta- libus			E

Scripsi illud olim ad S. Andreae Apostoli Sanctissimi gloriam, & ad memoriam D. Andreae de Herrera, Ordinis nostri Religiosi, S. Theologiæ Professoris, mei optimi amici dum viueret, & quia mors amicitiam non terminat, nunc etiam in Cælis (sic spero) amicissimi.



CLXXIII.

IN Ferdinandi III. Cæsaris Optimi Maximi, & Hungariæ Apostolici Regis coronatione omnes Imperij Musæ fuderunt curiosissima carmina: & tot Hungariæ, vt

in libro speciali prodierint, qui à doctis legitur, & commendatur. Inter alia, quæ mihi summoperè placuerunt, est hæc *Microsixis*, quam vt caput hoc exornem exscribo. In illâ enim, vt conspicis, Crux eadem, quæ Hungariæ honorat, & constituit Stemma Distichis selectissimis repræsentatur.

Inclite Rex, Procerum con
Et Regni duplic
Allicie in gemmis splendo
Sed mentem
Sollicitum depone metum,

Fleete coro **N A N**

Austriaca an renuet g
Victor in hoc signo Ma
Hanc modo, qui spenu
Hanc flexi recol

Efficiet in **S T V S**

Cum, pietate, t
Vive diu Rex Magne, di
Atque diu exor
Floreat in nostris multum
Aurea pax, cresc
Regia Maestas vi
Sit plebs sub ped
Tandem quem licuit vener
Æternum tand

F
E
R
D
I
E
R
N
E
R
E
X
H
V
N
G
A
R
I
A
E

ert manus ambla coronam,
m, dant Tibi Scuta Crucem:
, diadema coruscans,
